INSTITUTIONES GRAMMATICÆ ANGLO-SAXONICÆ, ET MOESO-GOTHICÆ.

AUCTORE

GEORGIO HICKESIO

Ecclesiæ Anglicanæ Presbytero.

GRAMMATICA ISLANDICA

RUNOLPHI JONÆ,

Jónsson

CATALOGUS LIBRORUM

SEPTENTRIONALIUM.

ACCEDIT

EDVARDI BERNARDI

ETYMOLOGICON BRITANNICUM.



OXONIÆ,

E THEATRO SHELDONIANO, 1689.


Typis Junianis.



INSTITUTIONES GRAMMATICÆ ANGLO-SAXONICÆ, ET MOESO-GOTHICÆ.

AUCTORE
GEORGIO HICKESIO
Ecclesiæ Anglicanæ Presbytero.

Semper aut discere, aut docere, aut scribere dulce habui, Bed. Eccl. Hist. p. 492. Me ſymble ſpete ⁊ pinſum pæſ. ꝥ ic oððe leoꞃnode. oððe læꞃde. oððe pꞃite. *Regius Interpres.*





OXONIÆ,
E THEATRO SHELDONIANO, 1689.
Typis Junianis.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI

AC DOMINO

D^no^ *WILHELMO SANCROFT*

ARCHIEPISCOPO

CANTUARIENSI,

ET

TOTIUS ANGLIÆ PRIMATI

AC

METROPOLITANO,

RUDIMENTA HÆC

GRAMMATICES

ANGLO-SAXONICÆ AC MOESO-GOTHICÆ

Summo Cultu, & Obſequio

D. D. D.

GEORGIUS HICKESIUS

AD LECTOREM
PRÆFATIO.

ALiquot abhinc annis (Lector benevole) dum Johannes Fellus ὁ Μακαρίτης, Episcopus non ita pridem Oxoniensis, mecum de Veteribus Linguis Septentrionalibus sermones una sereret, maxime Gothicæ & Anglo-Saxonicæ fatum deplorabat, utpote quibus aditus tam difficilis & molestus esset, propterea quod è tot haud vulgaris ingenii & literaturæ viris, qui has Linguas excoluerant, nemo eatenus rudimenta tradiderat, quibus commode & expedite disci, & doceri possent. Interea etiam dum multos magni nominis, & authoritatis viros recenseret, qui dictis Linguis egregie operam navassent, non ultimo loco honorifice commemoravit Collegii Lincolniensis Rectorem, Thomam Mareschallum, dolens illum Grammaticam Anglo-Saxonicam & Gothicam non reliquisse posteris, quam F. Junii Lexico quinque-Lingui, quod aliquandiu prælo destinarat, præmissam, publici juris faceret. Etenim ut in animo habuit, Junii sui tantum non compar, Mareschallus hujusmodi Grammaticam conscribere, ita Episcopus, de bonis literis optime meritus, conscriptam edere suis sumptibus statuit & promisit. Hoc non tacendum eorum gratia putavi, qui pene turpe ducunt Theologo, Grammaticis & Grammaticalibus se intermiscere; imo eorum ergo dictum maxime volui, quibus frustra reclamantibus, hoc, quicquid est operis, nescio quo impulsu ductus non potui non suscipere, susceptumque (Deo vires suppeditante) ad finem perducere. Quinimo Celeberrimus Vir Johannes Jocelinus (qui fuit ab Epistolis Matthæo Parkero Archiepiscopo Cantwarensi, & quasi pater omnium qui linguam majorum ex eo tempore coluerunt) Grammaticam Saxonicam commentatus est, quod me rescire contigit ex Epigraphe Manuscripti, cujus pro humanitate sua mihi copiam fecit Vir doctissimus Johannes Batteleius Archidiaconus Cantwarensis. Epigraphe autem sic se habet: Dictionariolum, sive Index Alphabeticus Vocum Saxonicarum (ni fallor) omnium quas complectitur Grammatica Clarissimi Viri Domini Johannis Josselini. Item alius Index Alphabeticus -- ope-

ra Joh. P. collectus & dispositus uterque. *Monitus hujus libri inscriptione, à Viris eruditis, præsertim Bibliothecarum Præfectis, de Josselini Grammatica diligenter sciscitatus sum, hoc consilio, ut ipsam forte suis latebris ereptam, cum nostra Grammatica, jam tum Typographo tradita, conferrem.*

Quod si tanti viri auctoritas mihi non præsidio sit adversus eorum censuram, qui Grammaticas institutiones, ut docto & sapienti homine indignas aspernantur, advocandi mihi ad partes sunt Pallii Togæque principes viri, quos Grammaticam artem infra dignitatem & gloriam suam non habuisse certum est. Plato, Theologus inter Philosophos dici meritus, (salvo utriusque nominis honore) de Etymologia egit in Cratylo, ut Alcinous memorat. Aristotelem Verba & Nomina, & Conjunctiones tradidisse testatur Quintilianus; imo illum tanquam patrem Grammaticæ & Criticæ à veteribus habitum fuisse refert Dio Chrysostomus Orat. LIII. Præterea, Theophrastum περὶ γραμμάτων *&* περὶ σολοικισμῶν *libros scripsisse tradit Laertius; & apud Romanos curam artis Grammaticæ tantum increvisse ait Suetonius, ut ne clarissimi quidem viri abstinuerint, quo minus & ipsi de ea aliquid scriberent. Idem commemorat & ab ipso Julio Cæsare scriptos esse de Analogia libros. Ciceroni etiam Grammaticalia studia multum placuisse dicuntur, &, ut alios præclaros viros mittam, qui Grammaticam suis calamis cohonestaverunt, M. Terentius Varro, Romanorum omnium citra controversiam doctissimus, de Romana lingua multa condidit volumina, quorum tres de Analogia libri supersunt.*

Tot claris & illustribus exemplis munitus haud verebor dicere, & sibi tueri posse dignitatem gravitatemque sapientissimum quemque, & Grammaticam scribere; imo haud verebor affirmare tantum abesse, ut suo munere quid indignum agat Theologus, siquando Grammaticum opus contexat, ut tum maxime agat Theologum, cui par est, quatenus docti personam sustinet, Humaniores literas; quatenus vero Mystæ, Divinarum rerum scientiam quocunque ritu promovere. Imo etiam, quo quis dignior & excellentior, tanto magis laudandus est, quanto publici rationem habens, sese ad ea docenda demittit, quæ alii non possunt, aut, utilitatem publicam otio posthabentes, nolunt docere. Laudatur ab Eginharto, vitæ ejus scriptore, Carolus M. Imperator, quod patria lingua, scil. Franco-Theotisca, tantæ curæ illi fuit, ut istius sermonis Grammaticam exarare non dedignatus sit. Quanta etiam cum veneratione jam recolitur memoria inclyti illius Ælfrici

frici Præsulis, qui infra Archiepiscopalis infulæ decus non æstimavit in gratiam juventutis Anglo-Saxonicæ præcepta Grammatica ex Prisciano, Donatoque *collecta Saxonice transferre & Glossarium subnectere. Et ut à Veteribus ad recentiores transeam, quantam sibi gloriam comparavit nobilis ille Gallus, qui de arte Grammatica rationis principiis stabilita scripsit libellum* Grammaire generale & raisonnee *inscriptum, cui insuper annexit tres Grammaticas, quibus totidem linguæ, quas* Provinciales *docti vocant, optime addisci possunt? Quantam quoque nominis existimationem consecutus est Nobilis & Amplissimus ille Vir Georgius Schottelius, Serenissimo Brunswicensium & Luneburgensium Duci à Consiliis, & Aulæ, sacrique Consistorii Assessor, qui opus ex quinque libris constans de Germanica lingua condidit, in quo Theotiscum sermonem longe lateque diffusum, & regularum impatientem antea creditum, præceptis Grammaticis subjecit, & ad justæ artis formam redegit? Denique, ut alios taceam, quantum domi forisque celebratur consummatus ille Geometer ac Theologus Johannes Wallisius noster, qui infra gloriam suam non duxit Grammaticam linguæ Anglicanæ nova prorsus methodo scribere, in gratiam usumque Exterorum, qui ad Academiam Oxoniensem, tanquam ad Communem Matrem, solent confluere.*

Ego ad tantorum virorum exemplum studiosis prodesse volens Grammaticas Linguarum Ulphila-Gothicæ & Anglo-Saxonicæ sine socio operis suscipere scribendas non gravatus sum, quippe quod hæ linguæ utut barbaræ à quibusdam spretæ, sui Candidatos è quavis Schola, sive Theologos, sive Jurisperitos, sive denique Philologos, ad multarum rerum maximi momenti notitiam perduxerint, quæ illis nondum imbutos latuerunt.

Quantum in legendis Saxonicis profecturus sit Theologus, ex versato tantum librorum Septentrionalium *annexo Catalogo facile quis percipiat. Bone Deus! Quot in eo Sermones visuntur? quot etiam tractatus Polemici, Practici? Quot insuper Concilia, Canones, Pœnitentialia, Epistolæ, Versiones, Paraphrases, Precationes,* Horæ, *Vitæ Sanctorum, Passiones Martyrum, &c. in quibus Theologorum, præsertim nostrorum, est versari, ut quid docuit, quid decrevit Ecclesia Anglo-Saxonica suis oculis cernentes, felicius iniquas Pontificiorum calumnias in ipsos repellant, qui nobis falso intentant hoc criminis, quod à fide majorum defecimus, quum tamen eadem circa Fidem Catholicam & S. Eucharistiæ mysterium statuisse Majores nostros ex vernaculis illorum*

ſcriptis conſtat, ac Eccleſia noſtra etiamnum decernit. Multa quoque exſtant in Saxonicis membranis, quæ ſe curioſo rerum indagatori quaſi obſervanda offerunt de Monachiſmo indies creſcente, de Clero Cœlibatui reluctante, de falſa Miraculorum opinione, de ingraveſcente ſuperſtitione ; &, ut verbo dicam, de adoleſcente pro more temporum Papiſmo, *eouſque dum ſub Normannis Præſulibus pervenerit veluti in virum adultum, in menſuram plenitudinis Antichriſti. Hæc & hujuſmodi maxime ad Theologos ſpectant, præcipue noſtros, quibus perjucundum non eſſe non poteſt cum Majoribus ſuis quaſi ſermocinari, iis præſertim qui ſunt vel eſſe cupiunt* ſcribæ docti in regno cœlorum, *quos dixit Jeſus ſimiles eſſe homini patrifamilias, qui ex promptuario ſuo depromit & Vetera & Nova.*

Quod noſtrarum Legum ſtudioſos attinet, eos quaſi alloquitur Lingua Saxonica, & elata voce advocat ad Codices *ſuos tam MSS. quam Impreſſos legendos. Nam præter libros de priſcis Anglo-Sax. Legibus à Lambardo editos, quos Wheelocus recudit, aliæ, ut par eſt credere, in forulis Bibliothecarum* Ben. & Cotton. *deliteſcunt, quas operæ pretium erit, & curioſis gratum, in publicam lucem emittere. Penes me habeo deſcriptas LL. Æthelberti, Hlotharii, & Edrici Regum, Saxonice, è* Textu Roffenſi, *quem* Lambardus, *utut diligens Legum inveſtigator, ante editam Archaionomian non vidit.* Henricus *autem* Spelmannus *qui librum tempeſtive inſpexit, paucula quædam protulit ex Æthelberti decretis de* Rebus Dei & Eccleſiæ non abſtrahendis ; *cætera ad vitæ probitatem, & morum correctionem pertinentia, quaſi à conſilio ſuo aliena prætermiſit, quæ tamen hic in gratiam ſtudioſorum noſtri juris appoſueram, ſi per leges ſcribendæ præfationis licuiſſet. Cum aliquo non diffiteor fructu, Leges Regum Sax. Latine verſæ in* Libro Jornalenſi *evolvi poſſunt, ſi modo incomparabile iſtud* Somneri *Gloſſarium, in quo obſcuriora vocabula explicantur, in ſubſidium vocetur ; ſed multo felicius in iis operam ſuam poſiturus eſt, quiſquis Saxonicis literis imbutus, ſibi ipſi Gloſſarium eſt. Hæc dicere viſum eſt in gratiam nobilis Juventutis, quæ Collegia Juris Londinenſia ſuis ſtudiis honeſtant, ſi forte, me autore, Saxonicis ſtudiis ſeſe dare, & tot venerandæ antiquitatis monumenta in ſermone & characteribus Saxonicis ſcripta (peculiarem ſuæ Britanniæ Theſaurum) perluſtrare, non gravati fuerint.*

Quod ad Philologos, cujus nominis cunque ſint, ſive Grammaticos, ſive Antiquarios, ſive Hiſtoricos, eos mediocris peritia

Lingua-

Linguarum, quas nos docemus, ad fontes Linguarum quotquot fere Septentrionalem Europam jam nunc personant, certo veluti filo deducet. Nostri, Belgæ, & Frisii, veterem Gothicam & Saxonicam non nescientes, suæ singuli vernaculæ communem originem & progressum quasi in descripto stemmate cernent. Suecis & Danis eadem Gothica & vetus Cimbrica, quam Runicam *vocant, (cui proxime Islandica accedit) suarum communem prosapiam ostendet, & ut à veteri denuo Gothica & Francica suus sermo derivatus sit, facile perspexerit Germanus quisquis has linguas non ignorat. Quid? quod Galli, Itali, Hispanique in his linguis qualitercunque versati, hi & illi Gothicæ, isti vero velint nolint Franco-Theotisci scil. & Norwegici sermonis, haud pauca † vestigia in suis singuli vernaculis deprehendent. Quemnam igitur, nisi bonarum literarum haud adeo cultorem, non magnopere delectaret, tot vocum, imo tot linguarum origines è veris fontibus petere? Me certe fateri minime pudet, quantopere gaudio gestiebam, cum primum linguas hasce qualitercunque assecutus vernaculæ nostræ, ut &* Scoticæ *genus, quasi per stirpes, & capita à primo stipite recensere poteram. Vehementer etiam gaudebam ulterius progressus, ut Linguarum Septentrionalium propinquitatem rite edoctus essem, planeque perspicerem illas* Gothicam *communem parentem habentes solo inter se dialecto discrepare. Adhæc, si quis harum linguarum cultor advertat animum, næ is profecto vel invitus agnoscet operæ pretium fore iis operam dare, ut tandem in earum studio mediocriter profectus cernat inter Septentrionales Linguas, ex qua quæque originem suam traxit.*

Ex Gothica certe, quam nunc Mæso-Gothicam, nunc Ulphila-Gothicam vocamus ortæ sunt Anglo-Saxonica, vetus Francica, & Cimbrica, monumentis Runarum *posteris tradita, & ab ea genus proxime ducunt. Anglo-Saxonicæ progenies sunt Anglica, Scotica, Belgica, præcipue tamen Frisica illa vetus, & moderna in qua Anglo-Saxonicæ vestigia in plurimorum vocabulorum Orthographia, & Pronuntiatione in hunc diem supersunt. E Francica, quam & Franco-Theotiscam voco, nata est superior Germanica, sive Alamannica; & ex Cimbrica Islandica, Norwegica, Suedica, Danica deductæ sunt, ut subjecto stemmate docemus.* Qui plura velit, adeat Gl. *Goth.* in sequentibus: ΛΛΛЄINS, ΛZЄTIZR, BΛNKFS, BIRΛNBRƌЄƌΛNN, ΓRЄITΛN, ƌΛΛƌΛGΛNƌЄI, ƌKRBGΛN, FRƌK, MΛKKRS, MΛNKΨK, TЄKΛN, ΨΥΛhΛN, ΥΛKƌGΛN, ΥINΨISKΛNKR, SΛΛGΛN.

† *Mignon, mignonne* à *Francico* minnon, *amare*, minna, *amor.* / *prison*, carcer, *Isl.* prisund. / *suit*, consecutio, *Isl.* sueit / *sire*, dominus, *Isl.* sira. / *curtois*, humanus, *Isl.* kurt, morum civilitas, kurteis, urbanus / *auberge*, hospitium, *Isl.* herberg. / *soupe*, sorbillum, jurulentum, *Isl.* ad supa, sorbillare. / *bouclier*, clypeus, *Isl.* buklare.

Gothica,

	Gothica,		
† *vel* Cimbro-Gothica.	Anglosaxonica,	Francica,	† Cimbrica,
	Belgica, Frisica, Anglica, Scotica.	Germanica.	Islandica, Norwegica, Suedica, Danica.

Vides igitur, Lector benevole, quanta sit plurimarum Linguarum affinitas, & quam levi negotio Septentrionalis Europæ præcipuæ Linguæ subsidio antiquiorum disci, vel saltem intelligi possunt. Præterea non supervacaneum erit Te quoque monere, ut quis earum vel mediocriter peritus, Gothica, & Teudisca vocabula, quæ in legendis Historicis occurrunt, facile intellecturus est. Id genus fere innumera sunt, præsertim nomina hominum, gentium, fluminum, & locorum propria, qualia sunt † [a] *Phritigernes*; [b] *Athanaricus*; [c] *Theodoricus, aliter Theudericus*; [d] *Athalaricus*; [e] *Alaricus*. * [a] *Atilas*; [b] *Totilas*; [c] *Amalasuenta*; [d] *Anses*;

† In Hist. Eccles. Socrat. Sozom. Theod.

a Pacis cultor, *à* ꝼꝛıð *pax*, & ΓΑΙΚΝΑΝ, *Sax.* ᵹẏꝛnan, *desiderare*. Fꝛıð autem unum est ex vocabulis, unde sexcenta nomina propria desumpserunt gentes Septentrionales, ut videre est in *Junii* observ. in Willeramum p. 289. *b* Commeatibus præfectus, vel commeatibus pollens, ab ΕΤΑΝ, *Sax.* etan, *Isl.* etan *comedere*, & ΚΕΙΚS, *Sax.* ꝛıca *princeps, dives, potens*. *c* Populi princeps, vel populo potens. Nam Gothis ΦΙΠΔΑ est *gens*, *Sax.* ðeoð *gens*, ðeoða *gentes*. *d* Nobilis rex, vel nobilitate pollens. Nam Æþel est *nobilis, egregius*, unde Æþelbeꝛt *nobilitate clarus*, &c. *e* Omnium rex, vel omnibus potens. * In Procop. *Jornandis*, *&c.* hist. *a* Nobilis. *b* Morte liber, immortalis, à ΔΑΠΦS *mortuus*, *S.* ðeað, *Alaman.* dode, & ΛΑΠS, *Sax.* leaꝼ, *Cimbrice* ᛚᛆᛋ *lus*, *Germ.* les. vid. Gram. Cap. 4. R. 3. *c* Vel *Amalasuntha*, cœlestis forma. ex *Theotisco* himil, *Cimbrice* ᚼᛁᛘᛁᚿ *himin*, *Gothice* HIMINS *cælum*, & alia voce cujus vestigia extant in *Franco-Theotisca* scona *pulchra*, & *Suedica* skonheet *pulchritudo*. Huc refer, *Amali*, cœlestes, familiæ Gothicæ nomen, & *Amalafridus*, cœlestis pax. *d* Gothi (inquit *Jornandes*) proceres suos, quasi qui *fortuna* vincebant, non puros homines, sed semideos, id est, *Anses* vocavere. Me judice, ab ΑΝSΤS *gratia, favor*, pro quo passim in monumentis *Theotiscis*, Anst, vel Ans, unde forsan oppida *Hanscatica* dicta, & tot composita, *Ansfrid*, *Anshelm*, &c.

[e] *Gepidæ*;

*[e] Gepidæ; [f] Filimer; [g] Mundus; [h] Ludovicus; [i] Carolus. *[a] Ariovistus; [b] Verdumarus; [c] Allobroges; [d] Ambiorix; [e] Induciomarus; [f] Dumnorix; [g] Rhenus; [h] Albis. †[a] Aurinia; [b] Herthus; [c] Sicambri; [d] Ingævones; [e] Hermiones; [f] Istævones; [g] Hermunduri; [h] Æstii; [i] Marsi,* &c. *Ex his Exemplis intelligere est & bonorum auctorum lectionem jucundiorem reddi Linguarum, quas docemus, peritia, & memoriam etiam historicorum, & antiquariorum in iis legendis multum adjuvari.*

Porro in recentioribus legendis, quædam non raro occurrunt, quæ ab harum Linguarum peritis multo majori cum fructu leguntur. Huc non incommode referri possunt sive Gothica, sive Saxonica illa vocabula, quæ A. Busbequius ex ore Græci hominis prolata descripsit, qui frequenti commercio sermonem imbiberat gentis cujusdem in Taurica Chersoneso, cujus Lingua originem Gothicam prodit, ut sequentia demonstrant:

e Græcis γέπαιδες: pigros interpretatur *Procopius*, & *Jornandes*, apud quem malè *Gepanta*, pro *Gepaita* nunc legitur. Est enim Gepait Germanis is, qui moram facit, & ꝼeþa, vel ꝫeꝼeþa *Anglosaxonibus* wintch, veternosus. *f* Valde celebris, vel multorum princeps ex ꝼIΛΛ, ꝼeala, ꝼela *multus, multum*, & mæꝑe *magnus, illustris*, unde mer princeps *Gregorio Turonensi*, & aliis. *g* Nomen ducis fortissimi, de quo oraculum *Procop.* hist. Goth. L. I. à munꝺ *protectio, patrocinium, tutela*, unde plurima nomina propria composita sunt tam virorum, quam fœminarum: licet plura istiusmodi nominum videri quoque possunt desumpta ex illo munꝺ, Gothice MΠΝΦS *os, oris* significante. Unde ambigitur an Francorum rex *Pharamund*, à ꝼæꝫeꝑ *pulcher*, & munꝺ *os*, vel à ꝼæꝑ, ꝼaꝑe, *iter, expeditio*, & munꝺ *protector*, nomen sumpsit. *h* Theotisce Lodowig, & Ludhuig. Apud Romanos Auctores *Lutavicus, Litavicus*, Latine apud Francos *Hlodovæus, Clodoveus*, à hluꝺ, *canorus*, & per metaphoram celebris, & ꝑiꝫa *heros*. *i* Fortis, à ceoꝑle *vir, masculus*. * In *Julii Cæsaris* Commentar. *a* Ab aꝑe-ꝼæꝛꝺ *valde honorabilis*. vid. Grammat. Cap. 4. R. 7. *b* Id est, ꝑeꝑꝑiꝺmæꝑe, *vir late celebris*, nam ꝑiꝺmæꝑe man est *vir celeberrimus*, Cædm. 36. 25. 56. 19. vel à ꝑeꝑeꝺ *exercitus*, & mæꝑe *celebris, princeps*. *c* Id est, *Montani*, vel montanorum cultores, nam *Allbergs* per metathesin *Allbrox*, unde *Allobrox*, *est* valde montanus, secundum Grammat. Cap. 5. R. 29. & *Luc.* 1. 39, 65. εἰς τὴν ὀρεινὴν, & ἐν τῇ ὀρεινῇ, redditur Gothice ÏN BΛIKΓΛhƐIN. *d* Ministris, vel Ambactis dives, quasi per contractionem ex ΛNΔBΛhTS, embiht, & KƐIKS. *e* Quasi *Saxonice* diceres on ꝺuꝫuþe mæꝑe, *virtute celebris*. *f* Judex regni, vel judicio potens, ex ΔΧMGΛN, ꝺoeman, ꝺeman, & KƐIKS. *g* A ꝑyne, *aquæ cursus, rivus*. *h* Ab hΛΛB, hΛΛBΛ, healꝼ. *Alam.* halb, *dimidium*, quod mediam dividat Germaniam, secundum illud Claudiani, *mediumque ingressa per Albim*. † *a Jornandi* Alorumna, rectius Alruna: quasi mysteria omnia sciens, vel mysticorum valde sciens: ab ΛΛΛS, *S.*all, & KΠΝΛ, ꝑyne, *mysterium*. v. Wormii Literaturæ Runicæ Cap. III. p. 16. *b* ΛIKΦΛ, eoꝑþe, *terra*. *c* Vel *Sigambri*, ex ꝑiꝫe *victoria*, & cempa, *Cimbrice* ᚴᛘᛒᛅᚱ cempar, *miles*, quasi diceres victoriosi milites. *d* Interius habitantes, scilicet ad mare, ex in & ꝫebuan, G. BΛΠΛΝ *habitare*; vel forsan ex inꝫ *pascuum, pratum*, G. VINGΛ, & buan *habitare*, quasi pascua habitantes. *e Sax.* Heꝑe-man *est* miles. *f* Ad occidentem & Est-Rhenum propius habitantes, p vel w evanescente ut in *Isl. aan*, quod vide in dict. Islandico. *g* Exercitus

citûs tutela, *i. e.* pars fortissima.
b Ad Orientem habitantes. *i* Loca palustria habitantes. Gothice enim ΜΑΚΙSΑΙΥ est *palus, stagnum*.

wintch, *ventus*: G. ΥΙΝΔS: *S.* pınd. silver, *argentum*: G. SΙΛΒΚ. *S.* ꞅeolꝼeꞃ. kor, *triticum*: ΚΛΝΚΝ. thurn (forsan mendose pro thuru) *porta*: G. ΔΛΝΚ: *S.* duꞃ, duꞃu. oeghene, *oculi*: ΛΝΓΧΝΛ: eagan. schwalth, *mors*: *Sax.* ꞅꝑealtan, ꞅꝑeltan, *mori*. brunna, *fons*: ΒΚΝΝΝΛ: boꞃn, buꞃna, bꞃuna. apel, *pomum*: *S.* æppel. commen, *venire*: ΚΙΜΛΝ: cuman. Sequuntur, quæ *Busbequius* non intelligebat: jeltch, *sanus*: *Goth.* ΗΛΙΛS: *Sax.* hal. jel ubart, *sit sanum*: G. ΗΛΙΛ ΥΛΚΤ, *erat sanum*, ΗΛΙΛ ΥΛΙΚΨΛΙ, *sit sanum*. ano, *gallina*: ΗΛΝΛ: hæna, *epicæni generis*. gadeltha, *pulchrum*: ΓΛΤΙΛΛΤΛ. vid. ΓΛΤΙΛS in Glossario *Gothico*. cadariou, *miles*: G. ΓΛΔΚΛΝΗΤS. ies warthata, *ille fecit*: ΪS ΥΛΝΚΗΤΛ vel ΪS ΥΛΝΚΗΤΛ ΨΛΤΛ, raptim ΪS ΥΛΝΚΨΛΤΛ. ich malthata, *ego dico*: ΪΚ ΜΛΨΛGΛ: ıc maðle, vel potius, ΪΚ ΜΛΨΛGΛ ΨΛΤΛ, pro quo raptim, liquescente Ψ (ut in Isl. maal, *sermo*.) ΪΚ ΜΛΛΨΛΤΛ, ich malthata. fers, *vir*: *Goth.* ΥΛΙΚ: *Sax.* ꝑeꞃ. tzo warthata, G. ΨΝ (ex sibilante ore Græco τζο vel τζυ) ΥΛΝΚΗΤΕS ΨΛΤΛ, pro quo raptim, eliso ΕS, ΥΛΝΚΨΛΤΛ, *tu fecisti*, vel *tu hoc fecisti*. *Reliqua partim ut peregrina, vel peregrini hominis ore distorta, partim etiam à nobis alibi* † *explicata prætermittenda duximus, ne actum agere videremur.*

† in Gram. Cap. I. & dict. *Island.*

Huc quoque reducenda sunt Norfolciensia illa vocabula, quorum originationes ex Danico sermone certius, quam ex Saxonico eruendas autumat noster * *Th. Brunus M. D. & Eques Auratus. Certe viri doctissimi conjecturæ favet, quod Rex Aluredus Gurmundo regi Danorum, cum maxima multitudine suorum baptizato,* Norfolciam *incolendam dedisse* † *traditur. Quamobrem evenire sane non potuit, quin peculiares quædam voces Cimbricæ originis Norfolciensibus etiamnum in usu forent. En maximam partem earum, quas ille enumerat, à nobis explicatas.* **Bunny**, tumor ex accepta plaga in carne extans: *G.* ΒΛΝGΧ *est* ulcus: *Isl.* ban vulnus, ben vibex, *inde forsan* **bawnd**, tumens: *ut* **his head is bawnd**, caput illi tumet. **thurk**, *vel* **thark** caliginosus, *plane à Sax.* deoꞃc. *A.* **dark. Enemmis**, ne, ne forte: *ut*, **spar the door Enemmis he come**, pessulum ostio obde, ne ille intret: *forsan ab* eigenema, *vel* einema *adverbio excludendi, vel excipiendi, nunc in usu apud Islandos.* **Sammoditthu**, *formula salutandi primo congressu, significans*, dic mihi quomodo vales, *raptim forsan ex* ꞅæᵹ me hu deꞃt þu. *Sic raptim dicimus* **muchgoditty** *pro* **much good do it you. Mauther**, virgo: G. ΜΛΓΛΨ: *S.* mæᵹð, & mæᵹða, *unde liquescente* ᵹ *secundum Gramm. primi Capitis R. 6.* **mauthar** *vel* **maurtha**, **r** *finali, ut in aliis vocibus, Euphoniæ gratia accedente.* **Sæl**, tempus, *à* ꞅæl *voce in Cædmone passim occurrente. v. p. 28. l. 6. p. 53. l. 3. p. 54. l. 22.* *Hinc* ꞅeel opportunitas, *& adverbia* ꞅumne ꞅæl, *vel* æt ꞅuman ꞅæl, interdum: on nanum ꞅæl, nunquam. **straft**, iratus, ira exclamans, objurgans, rixans: *Islandis* at **straffa** *est* objurgari, corripere, increpare. **matchly**, perfecte, bene: *Isl.* **maatlega, magtlega**: *Sax.* mıhtılıce, valde. **to dere**, nocere: *ut*, **you dere me**, mihi noces: *manifeste à Sax.* deꞃıan, nocere, lædere. **Poncear**, modo, *Isl.* **nunar. to camp**, pila pedali contendere: *Saxonice* camp *est* certamen, *&* campıan *certare*, ἀγωνίζεσθαι. **Sibrit**, sponsalium præconium,

* **Tract 8. of Languages.**
† Ingulph. Hist. p. 26.

nium, *à* ꞃib, affinitas, *&* byꞃhꞇ, manifestus: *Gothice* **ƂⲀIⲔⲏⲦⲀN** *est* manifestare; *Anglice* **to bruit**, *apud Salopienses* **to brit**, divulgare. **Fangast**, *sic enim virginem viro jam nunc maturam & virum quasi expetentem vocant Norfolcienses: forsan à* ꝼenᵹan *vel* ꝼanᵹan capere, *unde* ꝼanᵹen captus, (*quibus similes proculdubio apud Cimbros voces*) *&* **aast** amor, *quasi amore capta, vel amoris capax virgo: Præterea* **faung** *apud Islandos significat omnia requisita ad familiam, hinc* **ælfenga madur**, *homo qui familiæ bene prospicit, inde forsan* **a fangast wench**, *virgo quæ mater-familias esse potest. vel cupit.* **To bide owe**, pœnas dare, *unde constat* **bide** *profluxisse à Sax.* ƿıꞇe, *quod pœnam, mulctam, supplicium significat. Cætera, nimirum* **kedge**, vegetus; **clever**, cultus, elegans; **to nick**, suo quodque tempore agere; **stingy**, parcus, morosus; **to fest**, persuadere, *vel* persuasum ire; **thepes**, uvæ crispæ; **gosgood**, flos cerevisiæ; **sap**, alburnum; **cothish**, morosus; **thokish**, piger; **parwar**, *Ebor.* **firfar** *nomen Cartilaginis, qua caput utrinque humeris alligatur: hæc, inquam, utpote nos prorsus latentia studiosis veterum Linguarum explicanda relinquimus. Porro cum de Etymologiis res forte agatur, non abs re erit doctos, quum è Nostris, tum è Scotis, Belgis & Frisiis eo nomine ad Gothicæ & Anglo-Saxonicæ studium provocare, quod earum ope suæ singuli vernaculæ Etymologica & Glossaria* ἔμψυχα *evasuri sunt, chartaceis istis multum potiora. Etenim Etymologistæ nostri quotquot hisce Linguis non admodum versati scripserunt, in multis hallucinati sunt, ut* Versteganus, Skinnerus, *quorum ambo traduces Linguas, hic Danicam, Suedicam & Belgicam, ille Germanicam & Germanicæ parentem Franco-Theotiscam, neuter vero matrices Gothicam qualitercunque & Anglo-Saxonicam perite intellexerunt. Non hæc dicta putes (Lector) quasi tantorum virorum famæ quid detractum ire velimus, sed ut curiosis è popularibus meis ostendam excolendum sibi esse harum Linguarum studium, si suæ causas scire cupiunt. Certe egregium opus est* Skinneri *Etymologicon, quamvis in quibus lapsus est Clarissimus auctor, hic illic offenderint matricium periti, qui è scriniis Bibliothecæ Bodleianæ jam avidissime exspectare cœperint Fr. Junii Etymologicon Anglicanum, quod tandem aliquando editum, morositatem istorum plus satis redarguet, qui se suaque studia nimium mirantes (nescio sub qua gravitatis specie) Glossographos & Etymologistas plane quasi Pædagogastros fastidiose contemnunt.*

Stungen. Runice est puncto notatum. quum [illegible] terminus. est seu limitatio: ideo qui limitibus angustis includitur totus. stingy

Verum enimvero quamvis vocabulorum, quibus jam utimur vim & emphasin ex propriis fontibus discere operæ pretium sit, & pulcrum scire, non ea tamen de causa Antiquitatum cultores ad hæc studia invito, ut meras vocum derivationes sciant, sed ut in rebus, quarum voces vehicula sunt, erudiantur. Scilicet, ut instituta, mores, ritus, politiam, res pace belloque gestas, dogmata, scita, leges, imo ut commenta, fabulas, & superstitiones majorum ex vernaculis ipsorum scriptis addiscant, præsertim ex Monumentis Saxonicis, pretiosissimo Angliæ nostræ thesauro. Consulant modo Antiquitatum curiosi Catalogum Librorum, quem eorum gratia contextam excusimus; in eo nihil non antiqui, &

 quod

quod ipsos ad hæc studia provocet, reperturi sunt: Nempe antiquos Sermones, Versiones antiquas sacras & profanas, antiquas Historias, Epistolas, Concilia, Leges, Glossaria, & diversi generis Chartas antiquas, viz. Donationum terrarum, Emancipationum servorum, & descriptionum terrarum, quarum unam mihi describendam misit humanissimus & doctissimus Vir G. Thorp S.T.P. & Ecclesiæ matricis Cantwarensis Canonicus, quod in ea describuntur prædia, quæ ante Normannorum tempora ad Ecclesiam nostram Wigorniensem spectabant, quarum haud exiguam partem etiamnum possidet Ecclesia, sub Divinæ & Regiæ Majestatis præsidio semper possessura. Penes me quoque habeo descripta ex membranis Saxonicis alia nonnulla, quæ in Φιλαρχαίων gratiam peculiari volumine edenda reservo. Sed cum multi noviter multa commentati sunt de Sacramento, quo mos est Regibus nostris se in solemni consecratione obstringere, en (Lector Benevole) Latine versum Sacramentum, id genus omnium, quæ mihi hactenus videre contigit, antiquissimum, ipsissimum nimirum Juramentum, quo conceptis verbis præscripto † R. Æthelredum (ut videtur) jam tum corona solemniter induendum adegit Archiepiscopus Cantwarensis S. Dunstanus.

† v. Math. West. in An. 979.

Apographum hoc descriptum fuit ad literam ex scripto illo, quod *Dunstanus* Archiepiscopus tradidit Domino nostro apud **Kingeston** eodem die quo in Regem consecratus fuit, & interdixit illi nequid aliud pignus daret, præter hoc, quod ipse in Christi altare posuerat, sic (autem) illi Episcopus dictabat: In Nomine SS. Trinitatis Ego tria promitto populo Christiano, & subditis meis. Primum quod Ecclesia Dei, & populus Christianus omnis ditionis meæ vera pace perfruetur. Secundum est, quod Ego latrocinium, & injustitiam omnimodam omnibus hominum ordinibus prohibebo. Tertium autem, quod spondeo, & præcipio in judiciis omnibus justitiam, & misericordiam adhibendam esse, ut nobis etiam omnibus pro æterna sua clementia ignoscat benignus, & misericors Deus, qui vivit, & regnat, &c.

Rex Christianus, qui hæc custodit,

Ðis gewrit is gewriten stæf be stæfe be þam gewrite þe Dunstan arcb. sealde urum hlaforde æt Cingestune þa on dæge þa hine man halgode to cinge. ⁊ forbead him ælc wedd to syllanne butan þyssan wedde þe he up on Cristes weofod lede. swa se Bisceop him dihte:· On þære halgan þrynnesse naman ic þreo þing behate Cristenum folce. ⁊ me underðeodum. An ærest ꝥ Godes cyrice, and eall Cristen folce minra gewealda soðe sibbe healde. Oþer is þæt ic reaflac ⁊ ealle unrihte þing eallum hadum forbeode. Ðridde þæt ic behate and bebeode on eallum domum riht. and mildheortnesse. ꝥ us eallum arfæst and mildheort God þurh ꝥ his ecean miltse forgyfe. se lyfað and rixað.

Se Cristena cyng þe þas þing gehealdeð.

gehealdeð. he geearnað hym sylfum ƿoroldlicne ƿeorðmynt. and him ece God ægðer gemiltsað. ge on andƿeardum life ge eac on þam ecean þe æfre ne ateorað. Gif he þonne ꝥ aƿægð ꝥ gode ƿæs behaten. þonne sceal hit syððan ƿyrsian sƿyðe sona on his ðeode. ⁊ eall hit on ende gehƿyrfað on ꝥ ƿyrst. butan he on his lif fæce ær hit gebete. Eala leof hlaford! beorh huru þinga, georne þe sylfum. geþenc ꝥ gelome. ꝥ þu scealt þa heorde forð æt Godes dome yƿan and lædan. (þe þu eart to hyrde gescyft on þysum life.) and þonne gecennan hu þu geheolde ꝥ Crist ær gebohte sylf mid his blode.

Gehalgodes cinges * riht is ꝥ he nænigne man ne fordeme. and ꝥ he ƿuduƿan and steop-cild and ælþeodige ƿerige and amundige. ⁊ stala forbeode. and unriht hæmedu gebete, and sibligeru to-tƿæme. and grundlinga forbeode. ƿiccan ⁊ galdra adelige. mægmyrðran and mansƿaran of earde adrife. þearfan mid ælmyssan fede. and eald ⁊ ƿise ⁊ syfre him to geþeahterum hæbbe. and rihtƿise men him to ƿicnerum sette. forþan sƿa hƿæt sƿa hig to unriht gedoð þurh his aful. he his sceal ealles gescead agyldan on domes dæg.

temporalem sibi ipsi honorem promeretur, atque Deus insuper se propitium illi præbebit, & in præsenti vita, & in æterna etiam illa, quæ nunquam deficiet. Si quando autem violaverit quod Deo promissum erat, regni sui status quam citissime in pejus ruet, & in fine omnia in exitium vertentur, nisi dum vita suppetat, hæc prius emendaverit. O dilecte domine! cave præ omnibus diligenter tibi ipsi. Recogita hoc frequenter, quod ipse gregem, cujus in hac vita pastor creatus es, ad Dei judicium produces, atque præibis, & tunc cognosces te illum (scil. gregem) gubernare, quem olim Christus ipse suo sanguine redemit.

Consecrati regis officium est neminem injuste judicare, viduas, & orphanos, & peregrinos protegere, ac tueri, furta prohibere, adulteria punire, incesta conjugia discindere, & penitus impedire, sagas, & incantatores delere, parricidas, & perjuros exterminare, egenos eleemosynis pascere, insuper senes, sapientes, & sobrios à consiliis habere, & homines justos in ministros constituere. Quandoquidem quæcunque ipsi inique fecerint ejus culpa, eorundem omnium ipse (Rex) rationem reddet in die judicii.

** De officio Regis vid. quæ traduntur in Cod. Can. & Constit. Eccl. Angl. Capit. Canonicorum II.* be eorðlicum cyninge.

Quinimo politioris literaturæ viris, & vel ipsis eloquentiæ cultoribus ausim spondere, neque illos in libris nostris Septentrionalibus, quod multum placebit, desideraturos. Imo nihil non ab iis exspectare illos jubeo, præsertim ab Ulphilana Versione, & Saxonicis Monumentis quod habita instituti ratione, à quovis auctore fas sit exspectare. Ex illa (crede mihi Lector) experieris nullum Mæso-Gothis lumen, verborum vim nullam, nullumque in dicendo florem defuisse. Etenim in illa res omnes admirabili verborum selectissimorum splendore ac proprietate illustrantur. Quod ubi animadverteris aliquo usque profectus invitus agnosces

singu-

ſingularem linguæ Gothicæ in dicendo facultatem, qua ad Sermonis Græci elegantiam, copiam & emphaſin haud improſpere auſa eſt aſpirare. In promptu etiam habeo præſtantiſſima Saxonicæ Eloquentiæ Specimina, quæ in omni dicendi genere, ſi præfationis præſtituti limites ſinerent, edere juvaret. In Sublimi, *nihil Cædmone vere ſublimius, nihil auguſtius, ſive apud Græcos, ſive Latinos Poetas. In* Humili, *nihil Ælfrici Epiſtolis familiarius, nihil Homiliſtis popularius, nihil Sermonibus illorum vel ad captum vulgi, vel ad vulgus captandum à Numa vel Orpheo aptius dictum. Denique in* Mediocri, *me judice, nihil Regiis Verſionibus perfectius dici poſſit. Bone Deus! quam in illis nativus, facilis & ſimplex ſermo! præcipuè in Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Bedæ paraphraſi, cujus Auguſtiſſimum Auctorem, ſive dictionis in ea puritatem, ſive perſpicuitatem ſtyli, vel hypotypoſin illam miram, qua res omnes, quaſi ob oculos legentis ponit, ſpectes, Cæſari in dicendo æqualem cenſebis.*

Hactenus Lectores cujuſvis fere nominis, Theologos, Juriſperitos, Philologos, Eloquentiæ quoque ſtudioſos de Inſtituti noſtri ratione, & operis utilitate paucis præfatus; ſupereſt, ut quo quiſque ordine libros in ſuæ vernaculæ matrice conſcriptos legat, breviter doceam.

Germanis, quibus Franco-Theotiſca matrix eſt, à Willerami Paraphraſi inchoandum eſt, qua perlecta, ad Otfridi Evangelicam Hiſtoriam, Tatiani Harmoniam Evangelicam, & demum ad libros rhythmice ſcriptos pergant, quos Antiqui poſteris reliquere. Suedi & Dani, quibus ab Iſlandica auſpicandum eſt, evolutis veterum Iſlandorum ſcriptis, ad Runica monumenta ſe conferant, quæ Olaus Wormius, Arngrimus Jonas, Verelius, Stephanides, & plures alii clari Viri, una cum veteri Cimbrica Runis *tradita, quaſi ab Orco revocarunt. Anglis & Belgis* &c. *quibus Saxonica matrix eſt, à quatuor Evangeliis quæ Thomas Mareſchallus edidit, inchoandum eſt, utpote Foxianis illis multo caſtigatioribus. His bis terve lectis ad Evangelia Gothica ſe accingant, quibus itidem pluries lectis, ad Pſalmos à Joh. Spelmanno editos procedant, quibus explicitis, ad Chronologiam demum Saxonicam tendant, deinde Ælfricum de Veteri & Novo Teſtamento, & ejuſdem homiliam Paſchalem ordine legant. Hinc Aluredi Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Bedæ verſionem Paraphraſticam accedant, qua abſoluta, Leges & Canones, quos in primo Conciliorum tomo Saxonice edidit H. Spelmannus, percurrant, inde ad Archaionomian Lambardi bonis avibus aſcenſuri. Poſtremo Ver-*

ſionem

ſionem Geneſeos Paraphraſticam Cædmoni adjudicatam, Gothicam prius edocti, aggrediantur: Gothicam inquam edocti, propter vocabula Gothica in Poetica hac Paraphraſi paſſim occurrentia, quæ ſane in cauſa ſunt ut illam Gothici Sermonis rudis, ut ut vulgarem Saxonicum accurate noverit, nullo cum fructu lecturus fuerit. Multa etiam alia in Saxonicis occurrunt monumentis quæ Lectorem Gothicæ linguæ peritum deſiderant. Hujuſmodi ſunt Epinicia & Panegyrica illa quæ in Chronologia Saxonica leguntur ad annos 939. 942. 975. Hiſtoria etiam Judithæ Paraphraſtica, cujus fragmentum exſtat in Bibliotheca Cottoniana: Hiſtoria Evangelica Dano-Saxonica ibidem quoque exſtans, ut & Symboli Apoſtolici Paraphraſis in Officiis Diurn. & Noct. Horarum *Codicis Canonum Wigornienſis; ex quibus videtur moris fuiſſe Anglo-Saxonibus ſublime & grandiloquum quicquam ſcribentibus, Gothica vocabula, utpote quid grandius & gravius ſonantia, vulgaribus prætuliſſe.*

Præterea, ſiquis in his ſtudiis alter Junius, hoc eſt, Magiſter eſſe velit, illi perfecte Gothicam, & ſuæ vernaculæ matricem edocto ad ſorores linguas tranſeundum eſt. Anglo nimirum Gothicam & Anglo-Saxonicam aſſecuto Franco-Theotiſca; & Germano, Gothica & Franco-Theotiſca ſuperatis, Anglo-Saxonica pariter excolenda eſt. Sic Iſlandis Gothicam, & Danis Suediſque Gothicam & Iſlandicam conſecutis, Anglo-Saxonica & Franco-Theotiſca diſcendæ ſunt; & viciſſim Anglis Germaniſque, illis Gothice & Anglo-Saxonice, his Gothice & Franco-Theotiſce eruditis, Iſlandica & Cimbrica Runis *exarata, quæ ab Iſlandica tantillum differt, condiſcendæ ſunt. Eo conſilio R. Jonæ Grammaticam Iſlandicam noſtræ annectendam curavimus, propterea quod Iſlandis patrium ſuum ſermonem, hoc eſt veterem Cimbricum, exterorum commercia non adulterarunt. Sed* tam purus, ac incorruptus jam nunc fere exiſtit ac in ſaxis inciſus legitur Runicis characteribus exaratus: Quos quidem ſi hodiernis literis addas, Iſlandica Grammatica &* Runica, *vel ſi vis,* Cimbrica *haud injuria dici merebitur.*

* vid. Reipub. Iſlandic. C.III.

Grammatica igitur Iſlandica *Cimbricæ locum ſupplente, En pro numero totidem veterum Linguarum tres Grammaticas, Lector benevole! utinam & quartæ gratia dicere poſſem, en Franco-Theotiſcam! Verum enim vero non voluntas condendi id operis, ſed facultas defuit, ſiquidem hiſce ſtudiis operam navanti nihil Francice ſcriptum præſto fuit, præter unam Willerami Paraphraſin, quæ obſervationes ſcribendæ Grammaticæ requiſitas, utpote curtum nimis opuſculum, non præbebat. Sed quamvis Grammatica Francica*

cica à nobis quasi operis suscepti complementum, & à Francica linguæ studiosis, quasi institutio valde utilis desideratur, hoc tamen solatio utrinque sit, quod aliquis Philoteuton *forsan exstiturus fuerit, cui volupe erit Nostras & Runolphi Grammaticas sua Francica coronare, & quod interea dum hoc præstitum fuerit, Lingua Francica à Gothicam & Saxonicam edoctis nullo fere negotio disci potest.*

Quinimo operosior multo est cum suo dialectorum famulatu una Græca lingua, quam quatuor Antiquæ Septentrionales quas Anglus vel Scotus quisquam, ut exteros taceam, pari saltem negotio superaturus est, ac quis Latine sciens tres Provinciales *linguas. Exurgant ergo Septentrionis alumni Britanni, Germani, Belgæ,* &c. *neque patiantur suarum traducum matrices linguas in situ ac squallore diutius jacere. Exurgant præsertim Angli, & ex Anglis maxime Academiarum alumni exurgant, & mutuas in excolenda sua Anglo-Saxonica operas conferant, excussisque tandem* Bibliothecarum *forulis, Majorum suorum monumenta è tenebris eruant, Antiquitatesque Saxonicas, una cum sermone, quasi è postliminio restituant. Eo fine (Lector) quæ in proprium usum exercendi ingenii gratia hoc opusculo collegeram, jam publici, id est, tui juris feci, ut tibi mea opera posterisque sermonum quos tradimus, studiosis clarior & jucundior accessus pateret. Mea inquam opera, quam sane longe majorem expertus sum, quam Tu tam exigui voluminis primo conspectu crediderıs, atque ego in Exordio expectabam. Etenim quamvis instituto nostro subsecivas horas auspicaturus plus satis esse putabam, ulterius tamen progressus sensi, aut mihi ab incepto desistendum, aut totos dies in eo absolvendo esse ponendos.*

Accipe igitur æquo animo mole quidem parvum opus, sed quod ego opera, atque unus & alter, non vulgaris ingenii Philoteutones usu quidem magnum ante experti sunt quam typis mandaretur. Tibi quoque, si hujusmodi studiis faves, magno usui erit hic qualiscunque liber, præsertim Grammatica utraque & Catalogus Librorum quorum hæ Linguas non antea traditas docent, & hic, ut discantur, operæ pretium esse ostendit.

Sed forsan extitisse dices multos claros viros, qui absque Grammaticis Institutionibus ad Saxonicæ linguæ notitiam pervenerunt. Ita vero, aliquammulti, sed annorum computatione facta, quibus claruerunt, heu quam exiguus numerus! Nam ab eversis Monasteriis, ubi delituerant Cænobitis prorsus ignoti Saxonici Codices, usque ad nostra tempora † duo tantum apud exteros, apud nos quasi

† Ger. Johan. Vossius. Joh. Laet. Antwerpens.

quasi viginti viri extitere, qui hujus linguæ scientiam suo Marte assecuti sunt.

*Quod siquis à centum & quinquaginta retro annis, vel eo circiter, Grammaticam Saxonicam edidisset, non dubitandum est quin, tanto interjecto tempore, aliquot centenos illius cultores tum foris, tum domi literatus orbis habuisset. Quantum ad me, ingenue fateor, ut ut, urgente quasi genio, ad Saxonicæ & Gothicæ studia ferebar, ea tamen bis terve auspicatus abjeci, quod omnino magistri orbus, de illis sine Grammatices præceptis tanto laboris circuitu assequendis desperare cœperim. Videram mihi ab ipso me cudendas esse claves, quibus janua utriusque linguæ foret referanda, quod sane causa fuit, cur statuerem tandem aliquando cusas quasi publicum beneficium literato orbi offerre. Adhæc ex tantillo eo numero doctorum, quos ad Saxonicæ notitiam absque Grammatica peritia pervenisse dicis, pauci tamen ad accuratam ejus notitiam, quam Criticen dicunt, pervenere. Jocelinus, Somnerus, Mareschallus, Junius, omnes pure & emendate libros Saxonicos ediderunt, quippe qui Grammatice instituti erant: à cæteris autem fere omnibus nihil Saxonicum non mendose prodiit, nominatim à maximis illis viris J. Seldeno & H. Spelmanno, qui Saxonica sua mendis referta in lucem emiserunt. Imo Clarissimus Wheelocus * uno atque altero loco in suis Versionibus lapsus est, quod numerandi rationem Saxonicam per vocem* healꝼ, *quam † Grammatica tradit, non perspectam habuit; & ante eum H. Spelmannus in eundem scopulum impegit, ut observat * Somnerus, è cujus Dictionario aliquot observationes Grammaticas hic illic sparsas me collegisse grato animo recognosco. Nonnullas etiam Mareschalli animadversionibus in utramque Evangeliorum versionem acceptas refero, quas tanquam spicas lectissimas suis locis dispositas nostræ segeti immiscuimus,*

*Eccl.hist. Bed. *p.* 495. Chr. Sax. *p.* 529. & 540.

† Cap. 6. R. 3.

*in Glossar. voce maꞃca.

Quod superest, Lector, solus per Candorem tuum, & labores quos tui gratia exantlavi, exorandus restas, pene dixerim jure postulandus, ne propter aliqua errata, vel minus proprie pureque dicta totum opus damnes & rejicias. Opus sane in quo struendo, neque ducem quem sequerer, neque quem consulerem socium habui, & cujus sive materiam spectes, linguas, ut plurimis videntur, barbaras & incultas disciplinæ regulis subjiciendas; sive formam & opificium, quo quodque in suo loco & ordine non sine maximo labore disponitur, me tot rebus & tam diversis simul intentum, magis quidem mireris non sæpius, quam tam sæpe errasse: imo mihi parcendum maxime censebis, sicubi in via infrequenti erraverim, & novarum

varum

varum cogitationum ſerie in novo opere ſe uſque aggerentium tantum non perplexus ſtylum neglexerim, ſcripſerimq; identidem Latinitatis minus ſtudioſus, quæ forſan ſeverius Criticorum examen non ferant, & quæ, ſi ad incudem revocanda forent, jam Gothica & Saxonica non amplius animo volvens facile poſſem emendare.

*Auſpicaturus hoc Proœmium in eo exhibere ſtatui è libro Wigornienſi Canonum & Conſtitutionum Eccleſiæ Anglo-Saxonicæ paginas, quas nefarius aliquis plagiarius abſcidit à fine * Epiſtolæ Ælfrici ad Wulfſinum, quæ habetur in calce libri Catholicorum Sermonum in Bibliotheca C.C.C. Cantabrigiæ, verum eas inter Collectanea noſtra Saxonica commodius poſthac edendas eſſe, tarditas præli, & ſecunda conſilia ſuaſerunt. Hoc Te, Lector, monendum duxi, ne forte legens quæ p. 144. animadvertimus in hanc Epiſtolam, lacunæ ſupplementum hic fruſtra quæreres. Porro monendus es nos p. 137. l. 23. neſcio quo in errorem ducente fato, dictam Epiſtolam mendoſe poſuiſſe, pro altera quam ſcripſit Ælfricus Ægneſhamenſibus fratribus* de Conſuetudine Monachorum. *Hunc errorem, forte ſchedas Catalogi reviſens, jam nunc deprehendi, Præfationi plus æquo exurgenti ultimam manum poſiturus.*

* De hac Epiſtol. vide Præfationem *Guil. Liſlæi* ante Homil. Paſchalem.

INDEX

INDEX CAPITUM HUJUS *LIBRI.*

Capita Grammaticæ Anglo-Saxonicæ & Mœso-Gothicæ.

Capita Grammaticæ Islandicæ.

Libri

ERRATA, & ADDENDA
serius deprehensa.

In Præfat. *P.* 8. *l.* 30. post *ne* add. comm. *l.* 37. leg. *mauthar*. *l.* ead. lege *finali*.

Pag. 138. *lin.* 33. leg. ƿIᵹORA. *p.* 155. *l.* 9. post *Saxonice* add. sequitur exhoꞃtatio aꝺ lectionem ꞅcꞃiptuꞃaꞃum. *p.* 166. *l.* 24. post *Ælfrici* add. *& exhortatione ad lectionem Scripturarum.*

CAPUT

CAPUT PRIMUM.

Cap. 1.

De Literis, & Literarum Regulis.

ALPHABETUM ANGLO-SAX. Literæ majusc. Literæ min.

ALPHABETUM mœso- **GOTHICUM, Seu ULPHILA-GOTHICUM.** vide literas Runicas Cimbricas p. 96

fig.	pot.	fig.	pot.	fig.	potestas.		
A	A	a	a	𐌰	*a*	1	de numeris vide p 43:
B	B	b	b	𐌱	*b*	2	
C	C	c	c	𐌲	*g*	3	respondet Græco Γ figura, & potestate.
D	D	ꝺ	d	𐌳	*d*	4	
Є	E	e	e	𐌴	*e*	5	
F	F	ꝼ	f	𐍆	*f*	6	
G	G	ᵹ	g	𐌾			enuntiatur ut J consonum in Gall. *jour*, vel ut ȝ in Ang. ȝour. Et aliquando ut tertium hujus Alphabeti elementum. 1b = 12 &4
H	H	h	h	𐌷	*h*		
I	I	ı	i	ï & I	*i*	10	
K	K	k	k	𐌺	*k*	20	
L	L	l	l	𐌻	*l*	30	
M	M	m	m	𐌼	*m*	4	
N	N	n	n	𐌽	*n*	50	60 per G
O	O	o	o	𐍉	*o*	70	
P	P	p	p	𐍀	*p*	80	
R	R	ꞃ	r	𐌵	*q(?)*		quandoque durius sonat ut q. vel cp. *Anglosax.* quandoque lenius, ut hp *Anglosax.* wh *Anglorum*, vel quh *Scotorum*, in quhite, quhether, quhat, quhy, quhilk, *&c.*
S	S	ꞅ	ſ	𐍂	*r*	100	
T	T	ꞇ	t	𐍃	*ſ*	200	
Ð Þ	TH	ð þ	th	𐍄	*t*	300	
U	U	u	u	𐌸	*th*		
Ƿ	W	ƿ	w	𐌿	*u*		
X	X	x	x	𐍈			*Anglosaxonibus* ꞷ initiale valebat cp. in medio vero vocum persæpe valebat c. Sed qui plura velit de potestate Elementorum *Gothicorum*, adeat Alphabetum *Gothicum* Clarissimi *Fr. Junii*; & *Verelii* manuduct. ad Runograph. Scand. cap. 3. & 13. vel. p. 98
Y	Y	ẏ	y	*𐍅	*w*		
Z	Z	z	z	𐍇	*ch*		
				𐌶	*z*		

* *in mediis vocibus vim Gr.* υ *obtinet: ut in* 𐍃𐍅𐌽𐌰𐌲𐍉𐌲𐌴𐌽.

Reg. 1.  LPHABETUM *Anglosaxonicum*, quod supra apposuimus, secundum *Henricum Spelmannum*, non est integrum illud vetus, cujus multi desiderantur characteres, sed id, quo *Latinis* intermixto Literis ipsi *Saxones* nostri recentiores usi sunt, qui ⁊ vel ⁊ abbreviate scribebant pro anꝺ, item ꝥ pro þæꞇ vel þaꞇ. Necnon ł pro *vel*. Sensum adhæc imperfectum denotabant unico puncto, at perfectum tribus punctis in triangularem formam hoc modo ∴ dispositis; & haud rarò hoc signo ⁊· *Gothi* sensum imperfectum denotant unico puncto, perfectum verò duplici.

2. *H. Spelmannus* in Alphabeto *Anglosaxonico*, quod primo Conciliorum tomo præmisit, hæc etiam notavit:

Ð ð } proprie reor pronuntianda ut θ in θεὸς, & **th** in **thing** *Anglico*.

Þ þ } tanquam **th** in **that** vel **this**: Sed confunduntur hi Characteres à Scriptoribus. Notetur insuper, quod in *Anglosaxonicâ*, haud secus ac in † *Ulphila-Gothica*, & * *Runicâ*, vocalis sæpe absorbetur à consonante præsertim in fine dictionum, sed tum *vocalis*, quam consonans includit, aut vocalis proxima subintelligitur: ut, in Nemꞅꞇ, cenꝺ, ᵹepnxl, ꞅuꝛl, Neoꝛxna, hæꝼꞅꞇ.

† *v.g.* 𐌱𐌰𐌲𐌼𐍃, 𐌰𐌹𐌲𐌺.
* vide *Olai Wormii Liter. Danic. cap.* 30.

Præterea notandum, & monendum *Anglosaxones* nonnullas literas præsertim vocales, & diphthongos sæpe confudisse, easque indifferenter usurpasse. *v.g.*

3. a, & æ: ut ac, & æc, *quercus*, æceꝛ, æceꝛ, *ager*.

Item æ, & ea: ut æ, ea, *aqua*: æc, eac, *æternus*.

Item æ, & œ: ut æᵹhpeꝛ, œᵹhpæꝛ, *ubique*: æᵹhpılc, œᵹhpılc, *unusquisque*.

Item æ, & ẏ: ut ælc, ẏlc, *quisque*.

Item e, ı, & ẏ: ut eᵹlanꝺ, ıᵹlanꝺ, ẏᵹlanꝺ, *insula*. eꝼel, ẏꝼel, *malus*. elꝺan, ılꝺan, ẏlꝺan, *cunctari*. embe, ımbe, ẏmbe, *circa*, *circum*. Hinc comparativa apud eos indifferenter exeunt in aꝛ, æꝛ, eꝛ, ıꝛ, oꝛ, uꝛ, ẏꝛ, & superlativa in aꞅꞇ, æꞅꞇ, eꞅꞇ, ıꞅꞇ, oꞅꞇ, uꞅꞇ, ẏꞅꞇ: participia præsentis temporis in anꝺ, enꝺ, ænꝺ, ınꝺ, onꝺ, unꝺ, ẏnꝺ: præteriti verò in aꝺ, æꝺ, ıꝺ, oꝺ, uꝺ, ẏꝺ pro varia scilicet, vel ævi, vel loci dialecto.

[Literarum *Ulphila-Gothicarum* ea est potestas, & pronuntiatio, quam in Alphabeto per literas Latinas, Græcas, & *Anglo-Saxonicas* expressi. Sed præterea Notandum est 𐌰𐌹 legi ut E, ut in 𐌹̈𐌰𐌹𐍃𐌿𐍃, *Jesus*. 𐌻𐌰𐌹𐍅𐌹, *Levi*. 𐌴𐌹, ut I, ut in 𐌳𐌰𐍅𐌴𐌹𐌳, *David*. 𐌰𐌿, ut O, ut in 𐍀𐍂𐌰𐌹𐍄𐌰𐌿𐍂𐌹𐌰, *prætorium*, 𐍃𐌰𐌿𐌻𐌰𐌿𐌼𐍉𐌽, *Salomon*. 𐍀𐍂𐌰𐌿𐍆𐌴𐍄𐌴𐍃, *propheta*, 𐍀𐌰𐌿𐍂𐍀𐌰𐌿𐍂𐌰𐌹, πορφύρα, *purpura*. 𐌰𐌲𐌲 sonat ut *ang*. ut in 𐌰𐌲𐌲𐌹𐌻𐌰𐌿𐍃, *Angelus*, 𐌰𐌹𐍅𐌰𐌲𐌲𐌴𐌻𐌾𐍉𐌽, *Evangelium*, 𐌰𐌲𐌲𐍅𐌿, angvu, *angusta*.]

Nec

Nec vocales, & diphthongi solum, sed & consonantes quædam confunduntur apud *Anglosaxones*. Ex. grat. b, f, u: ut ober, ofer, ouer, *supra, super, ultra, trans*. bebor, befor, *castor*. ebolsan, efolsan, *blasphemare*. ifiᵹ, iueᵹ, *hedera*. fot, uot, *pes*. c. & ᵹ: ut þoncer, þonᵹer, *cogitationes*. ƿinc, ƿinᵹ, *vir, mas, fortis, præstans*. Item c. & k: ut cyninᵹ, kyninᵹ, *Rex*. cyð, kyð, *cognatio*. acer, aker, *ager*. Item c. & q: ut † cƿen, quen, *regina, uxor, mulier*. cƿið, quið, *matrix*. Sic etiam ᵹ. & i consonans: ut ᵹaᵹulsƿillan, iaᵹulspelᵹan, *gargarizare*. ᵹeo, ieo, *olim*. ᵹeoᵹuð, ieoᵹuð, *juventus*, cum multis aliis. Quam diversa verò erat apud *Anglosaxones* scribendi ratio unius vocis exemplo *multitudinem* vel *turbam* significantis constat. Scribitur enim (inquit clarissimus *Marescallus*) viginti modis: * Mæniᵹeo, Mænio, Mæniu, Menio, Meniu. Mæniᵹo, Mæneᵹo, Maniᵹe, Meniᵹo, Maneᵹeo, Mæneᵹeo, Meneᵹeo, Mænyᵹeo, Meniᵹeo, Maneᵹu, Mæniᵹu, Meneᵹu, Meneᵹo, Meniᵹu, Maniᵹo. Sic quadrifariam scribitur pro Latino *fodit* dielf, dealf, delf, dalf. pro *pascentes* læsƿende, læsƿiᵹende, læsᵹende, læsiende. pro *ejiciam* ic ƿurpe, ic ƿeorpe, ic ƿyrpe, ic ƿerpe. Sic scribitur pro *homo* † man, & mon; pro *possit* mæᵹe, & muᵹe; pro *illi, illis* þam, þan, þon. 4.

† *Goth.* UENS, UEINS, UEINX, *uxor, mulier.*

* *G.* MANAGEI.

† à *Goth.* MANNA.

Literas k, & q. rarissime usurparunt *Anglosaxones*, sed earum vice c. & cƿ. vel cu. 5.

Ᵹ *Anglosaxonum* in initio, medio, & fine vocum apud *Anglos* sæpissime in y, vel i liquescit. In initio: ut in **yeman** à * ᵹeman; **year** à ᵹeare; **yoke** à ᵹeoc. In medio: ut in **sail** à sæᵹl; **snail** à snæᵹl; **tail** à tæᵹl; **fair** à † fæᵹer. In fine: ut in **day** à dæᵹ; **poppy** à papiᵹ. Aliquando liquescit in **w**, ut in Australi **own**, Borealibus **awn** ab aᵹen; **law** à laᵹa. Et demum quomodo *Anglosaxonicæ* voces factæ sunt *Anglicæ* mutando Literas ejusdem organi, asperando lenes, & leniendo asperas, vocales, diphthongos & interdum consonantes leviter mutando, auferendo initiales, & finales syllabas, præsertim terminationem modi infinitivi, præterea addendo, transponendo, & interponendo literas, & voces quoque Syncopando, non abs re forsan fuerit, nec curioso lectori ingratum subjectis exemplis docere. 6.

* *quære aliam hujus vocis originem in G.* ΓANGE.

† G. FAGR.

Exempla nominum Substantivorum.

acc. minn.	mina.	mitt.
abl. mynum.	minne.	mynu.

† Min, MEINS.

Pluraliter

nom. Miner.	mynar.	myn.
gen. minna.	minna.	minna.
dat. mynum.	mynum.	mynum.
acc. myna.	mynar.	myn.

Eodem modo declinatur thinn, *tuus*: syn, vel sijn, *suus*.

* Ockar, *noster, tra*: ockart, *nostrum*, de duobus.

* Uncer, ΠΓ- ΓUΛK.

Singulariter

nom. † Wor, *noster*.	wor, *nostra*.	wort, *nostrum*.
gen. wors.	worrar.	wors.
dat. worum.	worre.	woru.
acc. worn.	wora.	wort.
abl. worum.	worre.	woru.

† Ure.

Pluraliter

nom. Worer.	worar.	wor.
gen. worra.	worra.	worra.
dat. worum.	worum.	worum.

acc. wora.	woraʒ.	wor.	
abl. worum.	worum.	worum.	

Singulariter

nom. yckar, *veſter*, de duobus.	yckar.	yckart.
gen. yckars.	yckrar.	yckars.
dat. yckrum.	yckare.	ycku.
acc. yckarn.	yckra.	yckart.
abl. yckrum.	yckare.	ycku.

Pluraliter

nom. yckrer.	yckar.	yckar.
gen. yckara.	yckara.	yckara.
dat. yckrum.	yckrum.	yckrum.
acc. yckra.	yckar.	yckar.

Eodem modo declinatur ydar, *veſter*, 𐌹̈𐌶𐍅𐌰𐍂.

Singulariter

* Ðiſ, þat, 𐌸𐌰𐍄𐌰.

nom. * Theſſe, *hicce.*	Theſſe, *hæcce.*	Thetta, *hocce.*
gen. theß, theſſa.	theſſarar.	theß, theſſa.
dat. theim.	theirre.	thui.
acc. thann.	thaa.	thad.
abl. theim.	theirre.	thui.

Pluraliter

nom. Theſſeʒ.	Theſſar.	Theſſe.
gen. theſſara.	theſſara.	theſſara.
dat. theſſum.	theſſum.	theſſum.
acc. theſſa.	theſſar.	theſſe.
abl. rheſſum.	theſſum.	theſſum.

IV. *Collatio quarta, quæ eſt Numeralium.*

Cognatio Numeralium Cardinalium patebit, ſi quæ tradidimus Cap. VI. cum his quæ ſequuntur conferantur.

nom. Eynn, *unus.*	eyn, *una.*	eitt, *unum.*
gen. eyns.	eynnraʒ.	eyns.
dat. eynum.	eynnre.	eynu.
acc. einn.	eyna.	eitt.
abl. eynum.	eynnre.	eynu.

nom. Tueiʒ, *duo.*	tuær.	tuo.
gen. tueggia.	tueggia.	tueggia.
dat. tueimur.	tueimur.	tueimuʒ.
acc. tuo.	tuær.	tuo.

nom.

nom. Thryr, *tres.*	thriar.	thriu.
gen. thriggia.	thriggia.	thriggia.
dat. thremur.	thremur.	thremur.
acc. thriaa.	thriaar.	thriu.
abl. thremur.	thremur.	thremur.

nom. fioorer, *quatuor.*	fioorar.	fiegur.
gen. fiegra.	fiegra.	fiegra.
dat. fioorum.	fioorum.	fioorum.
acc. fioora.	fioorar.	fiegur.

Reliqua uſque ad *centum* ſunt indeclinabilia: ut, fimm, ſex, ſio, aatta, nyu, tyu, elleſu, toolf, threttan, fioortan, *&c.* Tuttugu, *viginti.* thriatyu, fiorutyu, fimmtyu, ſextyu, ſiotyu, attatyu, nyutyu, tiutyu, [*G.* 𐍄𐌰𐌹𐌷𐌿𐌽-𐍄𐌰𐌹𐌷𐌿𐌽𐌳] vel Hundrad: quod ſic declinatur:

Num. Sing.	nom. Hundrad.	*Num. Plur.*	n. Hundrud.
	gen. hundrads.		g. hundrada.
	dat. hundrade.		d. hundrudum.
	acc. hundrad.		ac. hundrud.
	abl. hundrade.		abl. hundrudum.

Sic compoſita cum declinabilibus: tuo hundrud, tueggia hundrada, tueimur hundrudum, *&c.* in quibus utrumque declinatur. At in reliquis ſolum poſterius, cum prius ſuâ naturâ ſit indeclinabile: ut, fimm hundrud, fimm hundrada, *&c.* Sic ſex hundrud, ſio hundrud, aatta hundrud, nyu hundrud, Thuſund, quod ſic declinatur:

Num. Sing.	nom. Thuſund.	*Num. Plur.*	n. Thuſunder.
	gen. thuſundar.		g. thuſunda.
	dat. thuſund.		d. thuſundum.
	acc. thuſund.		ac. thuſunder.
	abl. thuſund.		abl. thuſundum.

Propinquitas *Ordinalium* ex ſubjectis oſtenditur

Firſtur, vel firſte, *primus*: firſt, vel firſta, *prima*: firſt, vel firſta, *primum*. *Plural.* Firſter, *primi*: firſtar, *primæ*: ſtrſt, *prima*.

Annar, *ſecundus*: onnur, *ſecunda*: annad, *ſecundum*. *Plural.* Adrer, *ſecundi*: adrar, *ſecundæ*: onnur, *ſecunda*.

Thridie, *tertius*: thridia, *tertia*: thridia, *tertium*. gen. dat. acc. abl. Thridia, thridiu, thridia. *Plural.* Thridiu, per omnes caſus. Sic declinantur fioorde, fimtte, ſiotte, ſiounde, aattunde, nyunde, tiunde, elleffte, toolffte, threttande, fioortande, fimtande, ſextande, *&c.* Tuttugaſte, thritugaſte, fertugaſte, fimtugaſte, ſextugaſte, ſiotugaſte, attatugaſte, nytugaſte, Hundradaſte, *&c.*

Idem etiam *Multiplicativa* demonſtrant, ut,

Einfall-

Einfalldur, vel eynfallde: einfolld, vel eynfallda: eynfallt, vel einfallda.
Simplex: Tuefalldur, threfalldur, *&c.*

V. *Quinta Collatio, quæ est Verborum, & imprimis Verbi Substantivi, cujus auxilio formantur Verba Passiva apud* Islandos.

Modus Indicativus.

Temp. præs.	Er, *sum.*	erum.
	ert.	erud.
	er.	eru.

Eg er Elskadur, *Amor*, vel *amatus.*

Perfect.	War, G. VAS, *eram.*	worum.
	warst, VAKST.	worud.
	war. VAS.	woru.

Eg war Elskadur, *Amabar*, vel *amatus eram.*

Imperativi Præsens.

Were eg.	werum wid, wier.
wer thu.	were thid, thier.
were hann.	were theyr.

Were, vel sie eg Elskadur, *sim amatus.*

Conjunctivus, vel Potentialis.

Temp. præs.	Sie, G. SIGAN.	sieum, G. SIGAIMA.
	siert.	sieud. SIGAIÞ.
	sie.	sieu. SIGAINA.

Ad eg sie Elskadur, *ut sim amatus.*

Temp. Imp.	Wære, pæpe.	wærum, pæpon.
	wærer.	wærud.
	wære.	wære.

Ad eg wære Elskadur, *ut essem amatus.*

Infinitivus.

Præs. Ad wera, VISAN.
Particip. præs. * Werande, pesande, VISANDS, ὤν.
Particip. præs. Passiv. Wered, γενόμενος.

* Werande ad Elska *idem quod* Elskande, amans.

Vox

Vox Passiva.

Modus Indicativus.

Temp. præs.	Werd, *fio*, 𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰.	Werdum, 𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰𐌼.
	werdur.	werdid.
	werdur.	werda.
Imperfect.	Ward, 𐍅𐌰𐍂𐌸.	wrdum, 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌸𐌿𐌼.
	wardst.	wrdud.
	ward.	wrdu.

Imperativi Præsens.

Werde eg, 𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸.	werdum wid, wier.
werder thu.	werde thid, thier.
werde hann.	werde their.

Conjunctivus.

Temp. præs.	Werde.	werdum.
	werder.	werded.
	werde.	werde.

Ad eg werde, *ut fiam.*

Imperfect.	yrde.	yrdum.
	yrder.	yrdud.
	yrde.	yrde.

Ad eg yrde, *ut fierem.*

Infinitivus præsens: * Ad werda, 𐍅𐌰𐌹𐍂𐌸𐌰𐌽, ƿeorþian.

Particip. præt. Werdenn, 𐍅𐌰𐌿𐍂𐌸𐌰𐌽𐍃, ƿorden.

* Ad werda, *vel* wera Elskadur, *amari.*

Præterea Lingua *Islandica* sequentia auxiliaria habet communia cum *Anglo-Saxonicâ*, Heffe, Wil, Skal, Maa, quæ conjugantur, ut infra ordine ponuntur:

Modus Indicativus.

Temp. præs.	Heffe, *habeo.*	† hoffum.
	heffur.	haffed.
	heffur.	haffa.

Eg heffe Elskad, *amavi.* Eg heffe wered Elskadur, *amatus fui.*

Præteritum	Haffde.	hofdum.
	hafder.	hofdud.
	haffde.	hoffdu.

Eg haffde Elskad, *amaveram.* Eg haffde wered Elskadur, *amatus eram.*

† *Sic apud Mæso-Gothos vocales sæpe mutantur in motione verborum: ut in* 𐍆𐍂𐌰𐌸, *Plur.* 𐍆𐍂𐌴𐌸𐌿𐌽. 𐌽𐌰𐌼, *Pl.* 𐌽𐌴𐌼𐌿𐌽, *&c.*

Conjun-

Conjunctivus.

Temp. præs.	Hafe.	hofum.
	hafer.	hafed.
	haffe.	haffe.

Ad eg hafe Elskad, *amaverim.* Ad eg hafe wered Elskadur, *amatus fuerim.*

Præterit.	Hefde.	hefdum.
	hefder.	hefdud.
	hefde.	hefde.

Ad eg hefde Elskad, *amavissem.* Ad eg hefde wered Elskadur, *amatus fuissem.*

Infinitivus præsens: Ad hafa.
Ad hafa Elskad, *amavisse.*
Ad hafa wered Elskadur, *amatum fuisse.*

Modus Indicativus.

Temp. præs.	Wil.	wilium.
	willtt.	wilied.
	will.	wilia.

Eg wil Elska, *amabo.*

Temp. præt.	Willde.	willdum.
	willder.	willdud.
	willde.	willdu.

Modus Indicativus.

Temp. præs.	Skal.	skulum.
	skalltt.	skulud.
	skal.	skulu.

Conjunctivus.

Temp. præs. vel futur.	Skule.	skulum.
	skuler.	skuled.
	skule.	skule.
Temp. præt.	Skillde.	skilldum.
	skillder.	skilldud.
	skillde.	skillde.

Eg skal Elska, *amabo.* Ad eg skule Elska, *amavero.* Ad eg skule werda Elskadur, *amatus fuero.*

Nun

Mun etiam apud *Islandos*, ut apud *Mæso-Gothos* **MNNA**, in constructione cum aliis Verbis futuri temporis adjacentiam indicat, &, haud secus ac **skal**, efficit orationis structuram non absimilem illi, quam habet Græcorum *μέλλω*: ut, **eg skal giora, eg mun giora**, *faciam*, vel *facturus sum*. Sic autem conjugatur.

Indicativi præsens.

* **Mun.**	**munum.**
muntt.	**munud.**
mun.	**munu.**

Eg mun Elska, *amabo*. **Eg mun werda Elskadur**, *amatus ero*.

* *v. Gloss. in* **MNNAIDEDNN**, *& Reg.* 19. *Cap. VIII.*

Conjunctivi præsens.

Mune.	**munum.**
muner.	**muned.**
mune.	**mune.**

Ad eg mune Elska, *amavero*. **Ad eg mune werda Elskadur**, *amatus fuero*.

Nota etiam quod **skal**, & **mun** sola nihil significant apud *Islandos*, & quod **mun** apud Septentrionales *Anglos*, & *Scotos* gerundivam vim etiam habet conjunctum cum aliis verbis: ut, **I mun go**, *abeundum est mihi*.

Indicativi præsens.

Maa.	**meigum.**
maatt.	**meigid.**
maa.	**meiga.**

Conjunctivi præsens.

Meige.	**meigum.**
meiger.	**meiged.**
meige.	**meige.**

Eg maa Elska: Ad eg meige Elska.

Islandi etiam circumscribunt tempus futurum per **Eg aa**, *debeo*, ab **ad** † **eiga**, *habere*: & **eg ætla**, *destino*, *statuo*, *certum mihi est*: ut, **Eg aa giora thad, eg ætla giora thad**, *ego faciam*, vel *facturus sum hoc, certum est mihi hoc facere*. Hujus vocis **ætla** manifesta sunt vestigia in sermone *Eboracensi*: ut, **I never etled that**, *nunquam hoc intendi*: **I never etled you't**, *nunquam hoc tibi destinavi*.

† *v. Cap. VII. R.* 19.

VI. Denique *Collatio* indeclinabilium ostendit Linguas *Anglosaxonicam*, & *Mæso-Gothicam*, *Islandicæ* esse propinquas: ut Adverbia **Huar**, hpæp. **thar**, þæp.

þæꞃ. Hiodra, hıꝺeꞃ. thadra, þıꝺeꞃ. nidre, nẏþoꞃ. huadan, 𐍈𐌰𐌸, vel 𐍈𐌰𐌳. idag, ıꝺæᵹeꞅ. iia, ᵹea, 𐌾𐌰𐌷, *&c.*

Præpositiones: Til, tıl. innan, ınnan. af, oꝼ, 𐌰𐍄. umm, ẏmb. ofann, upꝼan, *&c.*

Conjunctiones: Og, eac. edur, aþoꞃ, *&c.*

Grammaticam A. Saxonicam *&* Mœso-Gothicam, *jam tandem, Deo favente, ad umbilicum perductam ecce sequitur* Runolphi Jonæ *Grammatica* Islandica, Hafniæ *impressa anno MDCLI. Non opus est ut quicquam de opere aut Auctore dicam, siquidem ipse & sui & operis rationem reddit in Præfatione ad quam remitto Lectorem.*


FINIS.

RECENTISSIMA
ANTIQUISSIMÆ LINGUÆ
SEPTENTRIONALIS
INCUNABULA,

ID EST,

GRAMMATICÆ
ISLANDICÆ
RUDIMENTA.

PER
RUNOLPHUM JONAM
ISLANDUM.



OXONIÆ,
E THEATRO SHELDONIANO, *An. Dom.* 1688.

BENIGNO LECTORI
SALUTEM.

CUM ante biennium in ludo literario patriæ Borealis Linguarum Latinæ & Græcæ initiis, quæ Grammaticalia in Scholis dicuntur, juventutem patriam imbuerem, ibidemque pro juniorum captu, Scriptores Romanos, Ciceronem, Terent. Virg. Horat. aliosque vernacula lingua exponerem, verum esse deprehendi quod vulgò dici solet: Nos docendo discere: Etenim cum crebrò dictio Romana in nostram, nostraque vicissim in Romanam vertenda esset, mox mira quædam linguæ maternæ ubertas & elegantia, antè mihi non observata, eluxit. Sumus enim plerunque eorum, quæ à natura ipsâ hausimus, incuriosiores: nec causas rerum rationêsve scitamur, quæ ab ineunte ætate, unà cum lacte materno nobiscum quasi cöaluere. Habet enim maximæ evidentiæ instar insitum Naturæ dictamen. Hac verò occasione cum tàm accuratas concinnasque vocum inflexiones, tam elegantes constructionum modos, tam exquisitos verborum delectus, tam miram sententiarum varietatem, tam denique insignem figurarum vim ac splendorem in lingua patria animadverterem, ut neutri illarum gravitate, neutri venustate cedere videretur, cœpi vehementiùs mirari, quî factum sit, quod è tot præstantibus ingenio & eruditione viris in hac lingua & natis & egregiè versatis, nemo de eâ quicquam insigne literis prodidisset: Cum & vastissimum hujus materiæ copia sufficiat oceanum, per quem judicii pariter ingeniique velis latissimè vehi potuissent, & nihil commendatius habere debuissent, quàm ut linguam patriam illustrandam susciperent. At verò videre mihi videor tantis viris ab ingenio & arte paratis quid obstiterit, quo minus & commodo patriæ hac in parte deservierint & gloriæ. Nimirum prævidisse credo oleum operamque perditum iri. Paucos enim præsertim inter exteros fore, qui ejusmodi lucubrationibus delectarentur; ac proinde famæ suæ nominisque celebritati haud parum derogaturam Lectorum paucitatem. Mihi verò diligentiùs rem pensitanti, ista excusatio ad negandum ornandæ patriæ officium haudquaquam sufficere videtur. Quanquam enim maximum fructum laborumque velut solatium ex eo capiant eruditi, quod sua scripta à multis & legi & probari intelligant, pœniteatque industriæ, quoties diversum evenerit; nihil tamen peræquè curandum existimavi, ac ne nostra culpa occidant, quibus æternitas debetur. Si qua alia, certè hæc nostra lingua talis est, quæ sua Majestate meruit ab interitu vindicari. Nihil enim copiosius, nihil elegantius, nihil accuratius vidi. Quibus ego motus quod non solum in Hebræa, Græca, Latina dudum viri docti; sed recens etiam in Germanica, Italica, Gallica, Anglica, &c. præstiterunt, id in vernaculâ, licet impari successu, tentavi. Voces magno & indigesto numero in unum collectas sigillatim examinavi. Quæ similis erant inflexionis, ad unam Declinationem retuli, anomalias exceptionibus reservavi. Et quia quadruplicem inflexionum differentiam esse deprehendi, quatuor mihi natæ sunt Nominum Declinationes. Erant tamen hæc adhuc omnia, valdè imperfecta, rudia, inconcinna, ut solent præformari pictorum prima lineamenta. Verùm hoc inceptum

ceptum variæ occupationes interruperunt, & in primis necessitas quædam, quæ mihi tum fortè injungebatur, Academiam hanc Regiam Hafniensem, Athenas illas Danorum, revisendi. Quæ res meum institutum adeo perturbavit, ut omnes de eo cogitationes antè susceptas animo abjicerem. Intereà loci non defuerunt magni nominis & auctoritatis viri, inter quos, quod honor & merita eorum postulant, primo loco mihi nominandi sunt Viri Admodum Reverendi, Clarissimi & Excellentissimi, DN. D. Olaus Wormius, *Facultatis Medicæ in alma Hafniensium Academia P. P. & DN. M.* Thomas Bangius *Sanctæ linguæ ibidem P. P. Viri in omni antiquitate versatissimi, qui huic meo conatui album adjicebant calculum, monebantque ut in proposito strenuè progrederer, quodque studioso animo inchoavissem, constanti & magno absolverem. Quid facerem? Avolârant priores conceptus, eoque minus sui reliquerant, quo minores egerant in mente radices. Novum igitur & anteà non tentatum aggressurus videbar. Sed quia tantis viris tam honesta jubentibus non parere summæ inhumanitatis & inertiæ videri poterat, suscepi tandem hanc provinciam, & ad recolligenda, quæ antè in chartas dissolutas sparsim conjeceram, me applicui, adjectivorum motionibus, verborum conjugationibus auxi, reliquas etiam orationis partes strictim persecutus, ne quid Etymologiæ ad sui integritatem deesset. Quæ nunc omnia Tibi, Lector Candide, his pagellis exhibemus, illaborata quidem & impolita, utpote quibus ultimam limam adhibere festinatio non est passa; sed (ut spero) talia, quæ alios longo hactenus otio indormientes excitare poterunt. Nec mihi metus est ne paucos aut fortè nullos habiturus sim lectores. Nam hos forsitan aliquos, quanquam non materiæ, tamen novitatis gratia dabit. Nunc quid in hac editione observari à Te velim, Lector humanissime, paucis accipe. Ac in primis quidem humanitatem* T. *latere non debet, quod litera Alphabeti nostri ultima, olim* thuß *hodiè* thorn *appellata,* * *in Typographia, qua in hoc opusculo excudendo usi sumus, non extiterit, ideoque loco ejus* Th *Danicum vel Germanicum usurpare necesse habuerimus.*

* In nostra Typographia Þ thorn majusculum extitit quo in initiis vocum hâc in editione utimur, in mediis vero th minusculi vicem supplet.

Deindè cave heic expectes accuratam vocum Islandicarum interpretationem, quarum non exiguum numerum ideò passim inseruimus, ut in promptu essent exempla, in quibus inflectendis & ad regulas applicandis linguæ nostræ studiosus se exerceret. Reperiuntur enim inter eas permultæ, quæ plurimas admittunt significationes. Quarum unam aliquam, plerumque tamen propriam & primariam adduxisse satis putavi. Neque enim Dictionarium scribere animus erat.

Ad extremum per candorem Tuum, mi Lector, perque Christianam, quam Tibi cordi esse nullus dubito, charitatem Te rogo, sicubi in hoc Proclasmate à me peccatum esse deprehenderis, velis hoc non tàm incuriæ meæ quam imbecillitati humanæ imputare. Neque enim omnia ad hanc vel illam Regulam spectantia primo intuitu circumspicere potui, utpote nullis præviis vestigiis adjutus, quorum ductu hæc avia & deserta confragosa eluctarer. Quô factum, ut δευτέραι φροντίδες *sæpè ea suggererent, quæ priori loco fuissent ponenda. Quod si quis se hisce vilibus & imperfectis multo elaboratiora præstare posse aut potuisse contenderit, ei non multùm refragabor, contentus, si his columbulis nostris inter Aquilas suas concesserit pennas. Bene Vale, Lector Candide, & mihi in spem gratiæ Tuæ omnia honesta aggredi parato, favere perge.* Hafniæ *Pridiè Nonas Decemb. An. D.* 1651.

RUNOLPHUS JONAS *Islandus.*

A. D.

GRAMMATICÆ ISLANDICÆ *RUDIMENTA.*

CAP. I.

De Literis.



ITERAS Lingua *Islandica* duplices habet: Veteres & Novas. Veteres *Runer* dictas fælici successu ac immortali cum nominis sui gloria ab interitu & oblivione jamdudum vindicavit Celeberrimus *Wormius*, opere, cui titulum fecit, *LITERATURA RUNICA.* Quò lectorem *Runarum* curiosum in præsenti amandamus. Novæ cum tota ferè Europa *Islandis* communes sunt: multorum tamen seculorum decursu ab iisdem usurpatæ; adeò ut non satis constet, quandò earum usus primùm invaluerit. Numerantur autem XXII. **A, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, r, s, t, u, x, z, Þ.**

Ex his XVII sunt consonantes, **B, c, d, f, g, h, k, l, m, n, p, r, s, t, x, z, Þ.** Quarum enunciatio *Islandis* eadem est, quæ cæteris Europæ populis: excepta ultima **Þ**, quam ex *Runico* Alphabeto in hodiernum transtulerunt. Hæc enim duplicem habet sonum. Nam in fine dictionis posita, vel post vocalem in eadem Syllaba, valet **d**, Ex. gr. **Naath naad**, *gratia:* **mathur madur**, *homo.* In initio autem dictionum collocata valere videtur Hebræorum *Thau.* Sonat enim non prorsus *Th*, sed quiddam crassius cum sibilo quodam quasi *Tsh.* Quæ pronunciandi ratio *Britannis* & *Gallis* hodieque non infrequens est. Nomen olim habuit **Thuß/** nunc **thorn** appellatur.

De litera seu potius aspiratione **h** notandum, quod eo nusquam nisi in dictionum initiis *Islandi* utantur: nisi vox sit composita, ut **upphaf**, *principium*, vel *initium.* Inveniuntur quidem in quibusdam manuscriptis *Norvegicis* consonæ in medio vocum aspiratæ. Ex. gr. in L. Parent. **Þath er vpphaf Lagha Varrha/** id est, *hoc est initium Legum nostrarum.* Verum hanc scribendi rationem corruptius seculum introduxisse videtur. Cujusmodi

modi citato L. plura leguntur à puriore Antiquitate aliena. Veteres, more Græcorum, tantum vocales aspirârunt, ut haugur, *tumulus*, hugur, *animus*, &c. Moderni autem prætereà consonis l, n, r, præponunt h, ut, hlaatur, *risus*; hnettur, *globus*; hroosun, *commendatio*. Sic lutur, *res*; rutur, *aries*, item proprium Viri, veteribus absque aspiratione pingebantur: at modernis cum aspiratione, hlutur & hrutur. Quarta consonans apud *Islandos* biformis est, f, b. Posterior figura ubique in antiquissimis Codicibus obvia est: prior novitatem sapit. Variant etiam, in pingendo, aliarum formas; sed more, ut existimo, ab exteris desumpto.

Duplas x & z aliundè in *Literaturam Islandorum* irrepsisse existimo: Earum enim potestatem distinctis literis gs & ß, fuisse expressam notatamque ex vetustissimis nostratium manuscriptis colligere licet.

Vocales sunt quinque: a, e, i, o, u.

Ex his, e, simplicem unicúmque habet sonum, qualem e *Germanorum Danorumque*. A, i, u, duplicem; longum & brevem. A longum prorsus ac Latinorum dypthongus au effertur, ut haad, *irrisio*. Breve ut *Latinorum* vel etiam *Danorum* & *Germanorum* a, ut matur, *cibus*. Sic i longum est in voce frydur, *elegans*: Breve in fridur, *pax*. u longo constat vox fue, *putredo*: Brevi hlutur, *res* vel *portio*, & hoc mixtum quendam ex u communi & y sonum obtinet. O triplex est: longum, breve, & brevissimum. O longum in vocula goodur, *bonus* legendum: Breve in fom, *vetustus*: Brevissimum medio quodam tenore inter a & u enunciandum, ut Ond, *anima*.

Quamvis autem in pingendo, nullum inter vocalem longam & brevem discrimen vulgò faciant, cùm natura & constructio vocum suopte ingenio id suppeditet; nos tamen, vitandæ confusionis ergô, in tradendis Linguæ *Islandicæ* rudimentis, longam à brevi geminata vocali distinguemus, hoc modo: Aa, ij, oo, uu, longas denotabunt: a, i, o, u, breves. Verum o brevissimum virgula transversa (ø) à reliquis secernet. Obiter heîc notandum, quod vocales longæ nunquam in fine vocum ponantur, nisi voces sint monosyllabæ, aut ex monosyllabis compositæ.

Ex vocalibus inter se junctis fiunt Dypthongi.

Dypthongos *Islandi* proprias agnoscunt tres: æ, au, & ei. Impropriam unam y. æ & au ita efferunt, ut utriusque vocalis dypthongum constituentis sonus audiri possit: Ex. gr. ædur, *vena*, secus quam faciunt hodiè *Dani*, qui dypthongum æ per e exprimunt. Sic au non ut *Latini*, sed ut *Danorum* modernorum ø *Islandi* efferunt, ut naud, *calamitas*. Ei vero & y communem consuetudinem sequuntur, ut neid, *calamitas*, ydur, *viscera*.

CAP.

CAP. II.

De Declinationibus Nominum Simplicium.

PArtes Orationis apud *Iſlandos* ſunt octo. Quatuor Declinabiles: Nomen, Pronomen, Verbum Participium. Indeclinabiles itidem quatuor: Adverbium, Conjunctio, Præpoſitio & Interjectio.

Nomen eſt duplex: Adjectivum & Subſtantivum.

Circa utrumque conſideranda veniunt: Declinatio, genus, ſpecies, figura, numerus & caſus.

De Nominibus autem tam Adjectivis, quàm Subſtantivis notandum, quod pro ſententiarum diverſitate, diverſimodè declinentur. Nam cum certam & ſingularem aliquam rem quaſi digito demonſtratam volumus, vocem ſimpliciter inflectimus, præpoſito articulo vel Pronomine demonſtrativo, ut, **Sa madur**, *iſte homo*, **Þeß mans**, *illius hominis*, Quoties autem de re aliqua in Communi ſermo eſt, non præmiſſo, ſed poſtpoſito Articulo voces declinamus, & quidem ita, ut Articulus cum ipſa voce, cui poſtponitur, in unam dictionem coaleſcat, ut, **madurenn er Skilnings hluttakare**, *homo eſt rationis particeps*. Heîc ad Nominativi Simplicis terminationem, **madur**/ adjicitur Pronomen demonſtrativum **hann**/ **madurenn** quaſi **madur hann**. Sic genit. **manſens** quaſi **mans Þeß**/ vel **mans hans**.

Hinc duplex naſcitur Nominum Declinatio:

Simplex ſive Nominum Simplicium, & Compoſita ſeu Nominum Compoſitorum.

Declinationem Simplicem voco, juxtà quam voces non adjecto in fine articulo declinantur, ut, **ſa penne**/ *calamus*; **Þeß penna**/ *calami*. Compoſitam dico, ad cujus leges inflectuntur voces Articulo in fine auctæ, ut, **Pennenn**/ **pennans**/ **Madurenn**/ **manſens**.

De Declinationibus autem Nominum Simplicium, notanda ſunt: 1. Articulus præponendus. 2. Ipſa Nominum inflexio.

Articulos, quibus *Iſlandi* partim ad deſignanda Nominum genera, partim ad certitudinem aliquam rei, excellentiamque denotandam utuntur, è copioſiſſimo, quod poſtea patebit, Pronominum penuario mutuantur. Undè nos hîc unum depromemus, quod in ſequentibus Nominum Declinationibus noſtro inſerviturum eſt uſui. Eſtque **ſa**/ **ſu**/ **Þad**/ *is, ea, id*. Declinatur autem hunc in modum:

Singulariter

	Nom.	gen.	dat.	acc.	voc.	abl.
M.	Sa.	Þeß.	Þeim.	Þann.		Þeim.
F.	Su.	Þeirrar.	Þeirre.	Þaa.	Þu.	Þeirre,
N.	Þad.	Þeß.	Þui.	Þad.		Þui.

Pluraliter

	N.	g.	d.	ac.	v.	abl.
M.	Þeir.			Þaa.		
F.	Þair.	Þeirra.	Þeim.	Þær.	Þier.	Þeim.
N.	Þaug.			Þaug.		

Declinationes Nominum sunt quatuor.

PRIMA DECLINATIO SIMP.

Est Nominum Fœmininorum in a exeuntium, exceptis Monosyllabis in a longum finitis; Cujus genitivus singularis semper terminatur in u breve, ut, Kuinna, *fæmina*, genit. Kuinnu, *fæminæ*.

Paradigma Primæ Declinationis.

Singulariter	*Pluraliter*
nom. Su Kuinna.	n. Þær Kuinnur.
gen. Þeirrar kuinnu.	g. Þeirra kuenna.
dat. Þeirre kuinnu.	d. Þeim kuinnum.
acc. Þaa kuinnu.	a. Þær kuinnur.
voc. Þu kuinna.	v. Þier kuinnur.
abl. Af Þeirre kuinnu.	abl. Af Þeim kuinnum.

Sic declinantur reliqua fœminina omnia in a.

Aska	*Cinis.*	flaska	*lagena.*
Bida	*vas oblongum,*	frilla	*concubina.*
	superne acuminatum.	fyssa	*lana pratensis.*
bissa	*Sclopetum bellicum.*	Gnypa	*summitas rupis,*
bladra	*tenuis membranula,*		vel *montis.*
	Spiritu incluso tumida.	giæsta	*benignitas.*
boola	*furunculus,*	græsta	*malignitas.*
	item *bulla.*	giæra	*pellis ovilla.*
bringa	*pectus.*	giota	*scrobs.*
Dingia	*acervus.*	gridka	*ancilla.*
dufa	*columba.*	gaata	*ænigma.*
drysa	*nivis descensus.*	gata	*via.*
dyrfska	*audacia.*	gidia	*dea.*
Elska	*amor.*	grenlægia	*vulpes.*
eyga	*possessio.*	geimsla	*custodia.*
elia	*pellex.*	grima	*capistrum.*
eysa	*Cinis scintillans,*	glyma	*lucta.*
	sive *ignitus.*	giæfa	*bona fortuna.*
eymmyria	*idem.*	Hamingia	*idem.*
Fata	*hydria.*	hafa	*mentum.*
freya	*rana.*	hella	*petra.*

hetta

hetta	*capitis tegmen.*
helia	*interitus.*
hilla	*abacus.*
hoora	*meretrix.*
hæna	*gallina.*
hæra	*cani.*
hvida	*impetus.*
hola	*ſpecus.*
hryſa	*raſtrum.*
Jdia	*labor, ſedulitas.*
ida	*vortex aquæ.*
Kaapa	*pallium.*
kveiſa	*febris.*
kalda	*idem.*
kertapypa	*candelabrum.*
kiſta	
kvorra	*alea.*
kvedia	*ſalutis nuncium.*
kiſa	*felis.*
kiæna	*navicula.*
kiæra	*fæmina.*
Ledia	*lutum.*
ligna	*ſtagnans aqua.*
Migla	*ſitus.*
myla	*milliare.*
Negla	*ſtipamen navis.*
Orka	*vires.*
Pypa	*fiſtula.*
pitla	*abenum exiguum.*
pylſa	*farcimen.*
pyla	*jacula.*

plaaga	*calamitas.*
* puta	*ſcortum.*
peyſa	*indutium.*
Reka	*ligo.*
reckia	*lectus.*
ræna	*ratio.*
reinsla	*experientia.*
riſa	*rima.*
riupa	*perdix.*
reyſa	*iter.*
ræda	*oratio.*
rooa	*cauda.*
Soolskyſa	*Horologium ſolare*
skirta	*interula.*
ſtulka	*puella.*
ſtada	*ſtatio.*
ſtemma	*dica.*
ſtiarna	*ſtella.*
Tooſſa	*vulpes.*
threya	*thorax.*
Vinaatta	*amicitia.*
veitsla	*convivium.*
villa	*error.*
vgla	*noctua.*
veria	*armamentum.*
versla	*aqua quæ non congelatur.*
yſtra	*abdomen.*
Þoka	*caligo.*
Þootta	*tranſtrum.*
Þuſſa.	*tumor terræ.*

Et id genus alia.

* *Cimbris* ᚠᚢᛏ, fut, *erat* vulva, matrix. *Inde* puta, *à quo Ital.* puttana, *Gall.* putain.

Obſervationes in primam Declinationem.

Obſ. I. Si in penultima Nominativi Singularis Syllaba fuerit a breve, mutatur in ø breviſſimum in omnibus obliquis ſingularis Numeri, & tam in obliquis quam rectis *Pl. Num.* excepto genit. qui a nominativi *Sing.* retinet, ut, Kanna, *cantharus*, gen. kønnu, dat. kønnu, &c. nom. *Plur.* Kønnur, g. kanna, d. kønnum, &c. Sic Amma, *avia*, g. Ømmu. Aliter ſe res habet cum aa longo in penult. quippè quod invariatum in reliquis Caſibus ubique manet, ut Gaata, *ænigma*, g. gaatu.

II. Genitivus Pluralis in nonnullis interſerit n ante a finale Nominativi Sing. ut, Duſa, *columba*, gen. *Pl.* duſna. Excipiuntur deſinentia in na, ut, Nunna, *Virgo veſtalis*, gen. *Pl.* Nunna. Lina, *linea*, g. *P.* lina. Et quædam in ia, ut, Gryſia, *fovea*, gen. *Plur.* Þeirra griſia. Feria, *navis vectoria*, gen. *Plur.*

Plur. feriar: quædam autem pro i recipiunt n, ut, **Bilgia,** *procella,* gen. bilgna. **Gilgia,** *ornamentum muliebre,* silgna.

III. Peculiare hoc habet nomen **Kuinna,** quod i penultimum nom. *Singul.* in gen. *Plur.* mutet in e, velut ex præmisso paradigmate liquet. Quam mutationem in reliquis nusquam observavimus. Non enim dicimus **Kestna** à nom. *Singul.* kista, *arca*; Sed, retenta eadem vocali, kistna. Sic **Skridna** non skredna, *à* skrida, *ruina montis,* vel *rupis.* **Kona,** quod idem est ac kuinna, in utroque Num. regulariter flectitur, nisi quod genit. *Pl.* à cognato nomine **Kuinna,** mutuetur kuenna.

SECUNDA DECLINATIO SIMP.

Est Nominum fœmininorum genitivum Singularem in ar formantium: Complectiturque quindecim literas terminales: **B, d, f, g, k, l, m, n, o, p, r, s, t, u, y,** & monosyllaba in a cum compositis; ut, **Vomb,** *venter,* [illegible] bar in genit. Sing. **Naad,** *gratia,* naadar. [illegible]. **Borg,** *civitas,* borgar. **Skaak,** *lusus latronum,* skaakar. **Saal,** *anima,* saalar. **Skomm,** *ignominia,* skammar. **Baun,** *faba,* baunar. **Kloo,** *unguis,* klooar. **Greip,** *sinus digitorum,* greipar. **Vor,** *labrum,* varar. **Droos,** *fœmina,* droosar. **Ambaatt,** *ancilla,* ambattar. **Tru,** *fides,* truar. **Mey,** *virgo,* meyar; & **Aa,** *amnis,* aar.

Paradigmata secundæ Declinationis.

I. in b.

Singulariter	*Pluraliter*
nom. **Su Vomb.**	nom. **Þær Vamber.**
gen. **Þeirrar vambar.**	gen. **Þeirra vamba.**
dat. **Þeirre vomb.**	dat. **Þeim vombum.**
acc. **Þaa vomb.**	acc. **Þær vamber.**
voc. **Þu vomb.**	voc. **Þier vamber.**
abl. **Af Þeirre vomb.**	abl. **Af Þeim vombum.**

Sic declinatur **Þomb** alicujus rei extensio, *&c.*

II. in d.

Singulariter	*Pluraliter*
nom. **Su Naad.**	n. **Þær Naader.**
gen. **Þeirrar naadar.**	g. **Þeirra naada.**
dat. **Þeirre naad.**	d. **Þeim naadum.**
acc. **Þaa naad.**	ac. **Þær naader.**
voc. **Þu naad.**	v. **Þier naader.**
abl. **Af Þeirre naad.**	abl. **Af Þeim naadum.**

Sic declinantur reliqua in d, ut **Asynd,** *aspectus,*

Agyrnd	*Avaritia.*	**dygd**	*virtus.*
anaud	*ærumna.*	**deilld**	*lis.*
Bygd	*habitatio.*	**daad**	*virtus.*
bidlund	*expectatio.*	**dalld**	*terra subsidens.*
Dyrd	*gloria.*	**digurd**	*crassities.*

Eimd

Eimd	*miseria.*	mergd	*multitudo.*
Flærd	*falsitas.*	megurd	*macies.*
frygd	*libido.*	Nægd	*copia.*
frægd	*heroica virtus.*	neid	*angustia.*
framkuæmd	*executio.*	naud	*malum.*
ferd	*iter.*	Øffund	*invidia.*
fremd	*res laude digna.*	olld	*seculum.*
folld	Poët. *terra.*	Reyd	*equitandi actus.*
fylgd	*comitatus.*	ryffd	*liberalitas.*
fegurd	*amœnitas.*	Saad	*granum.*
Giord	*opus*, item *cingulum.*	sigd	*falx.*
grund	*terra, fundus.*	slood	*via in nive trita.*
girnd	*cupido.*	skeid	*cocleare.*
grimd	*furor.*	snylld	*elegantia.*
Hrigd	*tristitia.*	stund	*hora.*
hurd	*janua.*	sylld	*halec.*
hæd	*altitudo.*	strønd	*ora maris.*
hægd	*facilitas.*	stod	*columna.*
hind	*cerva.*	skaud	*res nihili.*
Kird	*tranquillitas.*	stigd	*offensio.*
Lygd	*mendacium.*	Trigd	*virtus, fidelitas.*
leyd	*via.*	Villd	*voluntas.*
lind	*Aqua fontana scaturiens.*	vareigd	*cautio, prudentia.*
		værd	*jucunda quies.*
linkind	*commiseratio.*	vegsemd	*honor.*
lood	*Proprietaria soli possessio.*	vesølld	*miseria, calamitas.*
		Þackargiord	*gratiarum actio.*
Mærd	*eloquentia.*	Þingd	*gravitas.*
mynd	*imago.*	Þægd	*beneplacitum.*
molld	*pulvis.*		

Parad. III. in f.

Singulariter	*Pluraliter*
nom. Su Toff.	n. Þær Taffer.
gen. Þeirrar taffar.	g. Þeirra taffa.
dat. Þeirre toff.	d. Þeim toffum.
acc. Þaa toff.	ac. Þær taffer.
voc. Þu toff.	v. Þier taffer.
abl. Af Þeirre toff.	abl. Af Þeim toffum.

Sic declinantur Gioff, *donatio*: grof, *sepulcrum*: groof, *lacuna terræ*: leyf, *reliquum*: sleyf, *cocleare*.

IV. in g.

Singulariter	*Pluraliter*
nom. Su Borg.	n. Þær Borger.
gen. Þeirrar borgar.	g. Þeirra borga.
dat. Þeirre borg.	d. Þeim borgum.
acc. Þaa borg.	ac. Þær borger.

voc. Þu borg.	v. Þier borger.
abl. Af Þeirre borg.	ab. Af Þeim borgum.

Sic declinantur **Biorg**, *adjumentum*: **dogg**, *pluvia*: **laug**, *balneum*: **la-ag**, *vallis*: **taug**, *funiculus*: **taag**, *vimen*.

V. in k.	*Singulariter*	*Pluraliter*
	nom. Su Skaak.	n. Þær skaaker.
	gen. Þeirrar skaakar.	g. Þeirra skaaka.
	dat. Þeirre skaak.	d. Þeim skaakum.
	acc. Þaa skaak.	ac. Þær skaaker.
	voc. Þu skaak.	v. Þier skaaker.
	abl. Af Þeirre skaak.	ab. Af Þeim skaakum.

Sic declinantur **Block**, *truncus ligneus*: **haunk**, *funiculus in formam circuli colligatus*: **kueik**, *prima cerevisiæ materia*: **dosk**, *votum*, &c.

VI. in l.	*Singulariter*	*Pluraliter*
	nom. Su Saal.	n. Þær Saaler.
	gen. Þeirrar ſaalar.	g. Þeirra ſaalna.
	dat. Þeirre ſal, vel ſaalu.	d. Þeim ſaalum.
	acc. Þaa ſaal.	ac. Þær ſaaler.
	voc. Þu ſaal.	v. Þier ſaler.
	abl. Af Þeirre ſaal, vel ſaalu.	ab. Af Þeim ſaalum.

Sic declinantur **Duel**, *mora*: **fiol**, *aſſer*: **holl**, *aula*: **kuisl**, *particula fluvii*, vel *amnis ſcaturiens*: **mol**, *ſpatium ſoli lapillis*, & *ſcrupulis obſitum*: **mioll**, *candida*, & *recens nix nondum condenſata*: **pysl**, *paſſio*: **skaal**, *phyala*: **ull**, *lana*, &c.

VII. in m.	*Singulariter*	*Pluraliter*
	nom. Su Skemm	n. Þær Skammer.
	gen. Þeirrar skammar.	g. Þeirra skamma.
	dat. Þeirre skemm.	d. Þeim skemmum.
	acc. Þaa skemm.	ac. Þær skammer.
	voc. Þu skemm.	v. Þier skammer.
	abl. Af Þeirre skemm.	ab. Af Þeim skemmum.

Sic flectuntur **Vomm**, *nævus*, *dedecus*: **skalm**, *genus enſis*, &c.

VIII. in n.	*Singulariter*	*Pluraliter*
	nom. Su Baun.	n. Þær Bauner.
	gen. Þeirrar baunar.	g. Þeirra bauna.
	dat. Þeirre baun.	d. Þeim baunum.
	acc. Þaa baun.	ac. Þær bauner.
	voc. Þu baun.	v. Þier bauner.
	abl. Af Þeirre baun.	ab. Af Þeim baunum.

Sic declinantur **Boon** & **bæn**, *oratio*, *preces*: **brun**, *extremitas alicujus rei*: **eign**, *poſſeſſio*: **fenn**, *nix condenſata*: **grein**, *ramus*, item *ſententia*: **gron**, *labrum bovis ſuperius*: **huon**, *flos Angelicæ*: **hoffn**, *portus*: **lausn**, *redemptio*:

demptio, solutio: oogn, *terror vehementissimus*: onn, *occupatio*: ogn, *mica*: orn, *aquila*: kaun, *experientia*, item *adversitas*: sogn, *fama*, & *rumor vulgi*: sponn, *spithama*: tonn, *dens*: tiorn, *stagnum*, seu *lacus*: von, *spes*: vorn, *defensio*, *munitio*: Run, *Runa*.

Singulariter	*Pluraliter*	
nom. Su Kloo.	n. Þær Klær.	*Parad. IX.*
gen. Þeirrar klooar.	g. Þeirra klooa.	*in* o.
dat. Þeirre kloo.	d. Þeim kloom.	
acc. Þaa kloo.	ac. Þær klær.	
voc. Þu kloo.	v. Þier klær.	
abl. Af Þeirre kloo.	abl. Af Þeim kloom.	

Sic flectuntur floc, *pulex*: loo, *tormentum*, &c.

Sing.	*Plur.*	*X. in* p.
nom. Su Greip.	n. Þær Greipar.	
gen. Þeirrar greipar.	g. Þeirra greipa.	
dat. Þeirre greip.	d. Þeim greipum.	
acc. Þaa greip.	ac. Þær greipar.	
voc. Þu greip.	v. Þier greipar.	
abl. Af Þeirre greip.	abl. Af Þeim greipum.	

nom. Su Vor.	n. Þær varer.	*XI. in* r.
gen. Þeirrar varar.	g. Þeirra vara.	
dat. Þeirre vor.	d. Þeim vorum.	
acc. Þaa vor.	ac. Þær varer.	
voc. Þu vor.	v. Þier varer.	
abl. Af Þeirre vor.	ab. Af Þeim vorum.	

Sic declinantur For, *iter*: cor, *decubatio*: skor, *scabellum*: stor, *juncus*.

Sing.	*Plur.*	*XII. in* s.
nom. Su Droos.	n. Þær Drooser.	
gen. Þeirrar droosar.	g. Þeirra droosa.	
dat. Þeirre droos.	d. Þeim droosum.	
acc. Þaa droos.	ac. Þær drooser.	
voc. Þu droos.	v. Þier drooser.	
abl. Af Þeirre dros.	ab. Af Þeim droosum.	

Sic declinantur Gaas, *anser*: kraas, *epulum delicatum*: kruus, *cululus*, vel *fidelia*: nos, *nasus*: raas, *discursitatio*: roos, *rosa*: Þioos, *portio*, vel *ceti*, vel *alterius cadaveris partiti*.

Sing.	*Plur.*	*XIII. in* t.
nom. Su Ambaatt	n. Þær Ambaatter.	
gen. Þeirrar ambaattar.	g. Þeirra ambaatta.	
dat. Þeirre ambaatt.	d. Þeim ambattum.	
acc. Þaa ambaat.	ac. Þær ambaatter.	

voc. Þu ambaatt.	v. Þier ambaatter.
abl. Af Þeirre ambaatt.	ab. Af Þeim ambattum.

Sic declinantur Aast, *amor*: braut, *via*: droott, *populus*: magt, *potentia*: naudþurfft, *necessitas*: rist, *crater*: ſott, *morbus*: ſuoot, *mulier*: ſueit, *populus*, item *provincia*: ætt, *stemma*.

XIV. in u.

Singulariter	*Pluraliter*
nom. Su Truu.	n. Þær Truur.
gen. Þeirrar truar.	g. Þeirra truua.
dat. Þeirre truu.	d. Þeirre truu.
acc. Þaa truu.	ac. Þaa truu.
voc. Þu truu.	v. Þier truur.
abl. Af Þeirre truu.	abl. Af Þeim truum.

Sic declinantur Bruu, *pons*: fruu, *matrona*.

XV. in y.

Sing.	*Plur.*
nom. Su Mey.	n. Þær meyiar.
gen. Þeirrar meyar.	g. Þeirra meyia.
dat. Þeirre mey.	d. Þeim meyium.
acc. Þaa mey.	ac. Þær meyiar.
voc. Þu mey.	v. Þier meyiar.
abl. Af Þeirre mey.	ab. Af Þeim meyium.

Sic declinantur Ey, *Insula*: eyar in G. &c.

Paradigma monosyllaborum in a.

Sing.	*Plur.*
nom. Su Aa.	n. Þær Aar.
gen. Þeirrar aar.	g. simplici caret.
dat. Þeirre aa.	d. Þeim aam.
acc. Þaa aa.	ac. Þær aar.
voc. Þu aa.	v. Þier aar.
abl. Af Þeirre aa.	ab. Af Þeim aam.

Sic declinantur Giaa, *hiatus terræ*: ſlaa, *mephytis*: raa, *antenna*, item *locus hypocausti, telæ textoriæ destinatus*.

Observationes in Secundam Declinationem.

Obs. I. Quoties o breviss. in ultima Nom. Sing. occurrerit, mutatur in Genit. Sing. & Nom. Gen. Ac. & Vocat. Plur. N. in a breve, id quod è Parad. hujus Declin. III. liquidum evadit: nom. Sing. Toff/ g. tafar. nom. Plur. Taffer/ g. tafa/ ac. taffer & v. tafer. Sic Ond, *anima*, andar in g. Sing. & ander in nom. Pl. Excipe or, *telum*, quæ o in omnibus utriusque num. Casib. retinet. Sed de hac vocula vide plura Observatione VII. Fiodur, *calamus*, præter hanc mutationem o penultimi in a, etiam r anteponit terminationibus, ar, er, a, & um, ut g. Sing. fiadrar non fiadar/ (habet etiam invariatè fiodur) nom. Plur. fiadrer/ g. fiadra/ d. fiodrum, *&c.*

quo-

Quoties Dypthongus **au** præcedit terminationem **ng/** mutatur in **aa** longum in gen. tam Sing. quàm Plur. ut, **Staung/** *hasta*, gen. S. **staangar/** gen. Pl. **staanga. Spaung/** *lamina*, **spaangar/ spaanga. Taung/** *forceps*, **taangar/ taanga.** Eadem in nom. acc. & voc. Plur. mutatur vel in **aa** ut **spaanger/** vel in **ei** ut **speingur/ teingur/ steingar.** Utrumque enim in usu est. Vide de his plura Observat. VIII. II.

Æ ante **l** mutatur in genit. Sing. & nom. gen. & voc. Plur. in **a** breve, ut, **Þiel/** *lima*, **Þialar: Þialer/ Þiala/ Þialer.** III.

Oo longum ante **k, t,** transit in dypthongum **æ** in nom. acc. voc. Plur. ut, **Book,** *liber*, **bækur. Brook,** *bracca*, **brækur. Root,** *radix*, **rætur. Noot,** *rete*, **nætur.** His adde **glood,** *favilla*, **glædur.** Item **Mooder,** *mater*, & **Dootter,** *filia*, quæ dypthongum **æ** etiam in genit. Pl. retinent, **Mædra/ Dætra.** Excipe desinentia in *geminum* **t,** ut, **soott,** *morbus*, **droott,** *populus*, in quibus **oo** invariatum in omnibus utriusque numeri tam rectis quàm obliquis manet. Idem eandem in fine, nulla sequente consona, mutationem ibidem sustinet, ut, **floo,** *pulex*, **flær. kloo,** *unguis*, **klær.** Excipe **kroo,** *taberna cerevisiaria*, & **stoo,** *focus*, quæ nom. acc. voc. Pl. formant adjiciendo ad **oo** finale nominativi singularis **r:** ut, **Kroor/ stoor.** Id quod etiam monosyllabis in **aa** longum solemne est, ut, **flaa,** *mephytis*, **flaar. giaa,** *hiatus terræ*, **giaar. raa,** *locus*, vel *angulus hypocausti telæ textoriæ destinatus*, **raar. loo,** *floccus*, & **roo,** *quies*, carent Plurali Num. IV.

Tria hæc: **Ond,** *anus*, **orn,** *aquila*, & **hond,** *manus*, mutant **o** in **e** in nom. acc. & voc. Plur. ut **Endur/ ernur/ hendur/** quanquam etiam **hondur** in usu est. In reliquis primæ observationis ductum sequuntur. **Orn** antiquis masculini generis habebatur. V.

Desinentia in **an** breve, terminationem **un** b. etiam admittunt, & vice versâ, ut, **Andvarpan/** vel **andvorpun/** *suspirium*, (ubi nota quoque mutationem à penult. in **o**) **bodan/** *nuncius*, vel **bodun. predikan** vel **predikun,** *concio*. **saurgan** vel **saurgun,** *inquinatio*. **ylfran** vel **ylfrun,** *ejulatio*. **vingan** vel **vingun,** *amicitia, favor*. **skiemtan** vel **skemtun,** *oblectamentum*. A priore terminatione, **an,** formantur nom. gen. acc. & voc. Plur. ut, **Andvarpaner/ andvarpana/ andvarpaner/ andvarpaner.** A posteriore, **un,** dativus & abl. Plur. ut **andvorpunum.** Ab utraque omnes obliqui singulares, ut gen. **andvarpanar** vel **andvorpunar,** dat. **andvarpan** vel **andvorpun,** acc. voc. & abl. idem. Genitivus tamen Singularis elegantius in **unar** finitur. VI.

Finita in **ing, ung,** & **y** formant nom. acc. & voc. Plur. in **ar,** breve, ut, **freisting/** *tentatio*, **freistingar; hormung/** *ærumna*, **hormungar: Mey/** *Virgo*, **Meyar.** His adde **reim/** *ligula*, **reimar; naal/** *acus*, **naalar: dol/** *funiculus coreaceus*, **dolar: aar/** *remus*, **aarar. Egg/** *acies*, **dregg/** *fex*, **naudsyn,** *necessitas*, præterquam quod eosdem tres casus in **ar** faciunt, etiam **i** anteponunt terminationibus **ar, a,** & **um,** ut genit. Sing. & nom. acc. & voc. Plur. **Eggiar/** gen. Pl. **eggia/** dat. & ab. Pl. **eggium.** Sic **dreggiar/ dreggia/ dreggium: Naudsiniar/ naudsinia/ naudsinium. Or/** *jaculum*, ibidem **v** ponit **Orvar/ orva. Lifur/** *jecur*, heic **r** interserit, **lifrar/ lifra/ lifrum.** Sic **Mædra/ mædrum: Dætra/ dætrum: Systra/ systrum/** à nom. Sing. **Mooder/ Dotter/ Syster.** De quarum vocum gen. S. ut & nom. Pl. vide Obs. seq. ad num. 4. VII.

 Sequen-

Sequentia formant Nom. Acc. Voc. Plurales in **ur:**

VIII. 1. Quæ dypthongos **æ** & **au** ante terminationem **ng** habent, ut, **Sæng.** *lectus*, **sængur: staung, steingur: spaung, speingur: taung, teingur.**

2. Habentia **oo** longum antè finales **nd, k,** & **t,** ut, **Hond, Hondur,** vel **Hendur: ond,** *anas*, **endur: kind,** *creatura*, **kindur: book, bækur: brook,** *bracca*, **brækur: root, rætur: noot, nætur. Noott,** *nox*, habet in genit. Sing. **nætur,** vel **naattar:** dat. **noott** vel **noottu,** vel **naatt:** acc. **noott,** voc. **noott,** abl. **noott, noottu,** vel **naatt.** Nom. Pl. **nætur,** gen. **naatta,** dat. **noottum,** acc. **nætur,** voc. **nætur,** abl. **noottum. Noot,** *rete*, habet nom. acc. & voc. Plur. communes cum **noott:** aliàs regulariter formatur. Ab hac Regula iterum excipiuntur in **t** *geminum* terminata, ut, **Drootť/ soott/ iproott/** quæ analogiam sequuntur.

3. Quæ Dypthongum **ei** vel **ii** longum habent ante **k,** finale, ut **Eik,** *arbor*, **eikur: steik,** *assum*, **steikur: Bryk,** *sponda*, **brykur: tyk,** *canicula*, **tykur: byk,** *sinus terræ*, **bykur: slyk,** *lacera vestis*, **slykur.** His adde **Geit,** *capra*, **geitur.**

4. Cognationis Vocabula: **Mooder/ Dootter/ Syster: Mædur/ Dætur/ Systur.** Et hæc gen. Sing. etiam in **ur** anomalès faciunt, **Dootur/ Moodur/ Systur.** Id quod etiam in **Mioolk,** *lac*, **mioolkur** in gen. Sing. usus approbavit. Sed hæc vox uti apud Latinos, ita *Islandos* caret Plurali numero.

IX. Anomala sunt: **ær,** *agna*: **kyr,** *vacca*, quæ sic declinantur: nom. **ær,** gen. **ærennar** vel **aannar,** quod utrumque compositionem sapit. Cæteros casus Sing. à vocula **aa** amnis mutuatur, ut dat. acc. & abl. **aa,** nom. & acc. Pl. **ær,** gen. **aanna,** dat. & abl. **aam,** itidem compositè. Sic **Kyr,** gen. **kuar,** dat. acc. & ab. **kuu.** Nom. ac. & voc. Plur. **kyr,** gen. **kuua,** dat. & abl. **kuum.**

X. Monosyllaba in **u** nom. ac. & voc. Plur. formant adjiciendo ad terminationem nom. Sing. **r. Fruu,** *matrona*, facit **Fruur: bruu,** *pons*, **bruur: truu,** *fides*, **truur.**

XI. **Muus,** *mus*, & **Lus,** *pediculus*, nom. acc. & voc. Plur. formant in **ys, Mys, Lys. Brun,** *palpebra*, ibidem facit **bryr.** Reliqua quæ his Observationibus non comprehenduntur, præmissorum Paradeigmatum amussim sequuntur.

TERTIA DECLINATIO SIMP.

Est Nominum Masculinorum & Neutrorum in **d, l, n, r, s, x,** & Neutrorum saltem in **b, e, f, g, i, k, m, o, p, t, u** finitorum. Hujus Genitivus Singularis regulariter terminatur in **s**, ut, **Sa GUD,** *DEUS*, **Guds: Þad blad,** *folium*, **blads: sa Fugl,** *avis*, **fugls: Þad hiol,** *rota*, **hiols: sa hraffn,** *corvus*, **hraffns: Þad bein,** *os*, **beins: sa hestur,** *equus*, **hests: Þad haar,** *crinis*, **haars: sa bas,** *stabulum boum*, **báß: Þad glas,** *vitrum*, **glaß: sa lax,** *salmo*, **laxs: Þad fax,** *juba*, **faxs.** Sic **Þad lamb,** *agnus*, **lambs: sæde,** *semen*,

semen, sædis: haff, *pelagus*, haffs: trog, *linter*, trogs: hey, *fænum*, heys: bak, *tergum*, baks: kaam, *macula*, kaams: hroo, *lacera res*. hroos: skip, *navis*, skips: spiot, *hasta*, spiotß: bu, *res familiaris*, buß.

Paradigmata Tertiæ Declinationis.

I. in d Masculinum.

Singulariter	*Pluraliter*
nom. Sa Gud.	n. Þeir Guder.
gen. Þeß Guds.	g. Þeirra Guda.
dat. Þeim Gude.	d. Þeim Gudum.
acc. Þann Gud.	ac. Þaa Gude.
voc. Þu Gud.	v. Þier Gudes.
abl. Af Þeim Gude.	ab. Af Þeim Gudum.

II. in d Neutrum.

nom. Þad Blad.	n. Þaug Blød.
gen. Þeß blads.	g. Þeirra blada.
dat. Þui blade.	d. Þeim blødum.
acc. Þad blad.	ac. Þaug blød.
voc. Þu blad.	v. Þier blød.
abl. Af Þui blade.	ab. Af Þeim blødum.

Ad hunc fermè modum declinantur reliqua Neutra in d.

Bad	*Balneum.*	laad	*solum.*
band	*ligamen.*	lood	*glans.*
bard	*extremitas rei.*	Mord	*cædes clandestina.*
blood	*sanguis.*	Nyd	*Rejectanea, contumelia.*
bød	*nuncius.*		
bragd	*deceptio.*	Ord	*verbum.*
braud	*panis.*	Rod	*cuticula piscium.*
Flagd	*monstrum.*	Skaalld	*Poëta.*
fliood	*mulier* Poët.	spad	*opsonium.*
flood	*Aquarum inundatio, accessus maris.*	spialld	*tabula.*
		sprund	*fœmina.*
Graad	*maculæ.*	sod	*jus culinare.*
Haad	*irrisio.*	stood	*Equi admissarii, & equæ quæ ad faciendum genus aluntur.*
hafalld	*filum grossum.*		
halld	*manubrium.*		
hlad	*platea.*	stryd	*bellum.*
hliood	*vox, sonus.*	sverd	*ensis.*
hoffud	*caput.*	Tad	*Excrementum aridum.*
Jood	*fœtus.*		
Keralld	*vas.*	Vad	*vadum.*
Land	*terra.*		

Singu-

III. in l Mascul.

Singulariter	*Pluraliter*
nom. Sa Fugl.	n. Þeir Fuglar.
gen. Þeß fugls.	g. Þeirra fugla.
dat. Þeim fugle.	d. Þeim fuglum.
acc. Þann fugl.	ac. Þaa fugla.
voc. Þu fugl.	v. Þier fuglar.
abl. Af Þeim fugle.	ab. Af Þeim fuglum.

Sic declinantur afl, *fornax* : gabl, *terminus* : iarl, *dens molaris* : vagl, *trabs*, *&c.*

IV. in l Neutrum.

Sing.	*Plur.*
nom. Þad Hiool.	n. Þaug hiool.
gen. Þeß hiols.	g. Þeirra hioola.
dat. Þui hioole.	d. Þeim hioolum.
acc. Þad hiool.	ac. Þaug hiool.
voc. Þu hiool.	v. Þier hiool.
abl. Af Þui hioole.	ab. Af Þeim hioolum.

Sic declinantur :

Baal	*Incendium.*	Kol	*carbo.*
beisl	*frænum.*	Miol	*far.*
briaal	*affectatio.*	maal	*sermo, loquela.*
brixl	*exprobratio.*	Ol	*cerevisia.*
Drægsl	*novitia.*	Ragl	*lentum iter.*
Fall	*casus.*	Skil	*distinctio, cognitio.*
fiall	*mons.*	skrimsl	*monstrum.*
fifl	*demens.*	sel	*mappalia.*
fool	*iracundus.*	svingl	*vertigo.*
fell	*acclivitas.*	spil	*lusus.*
Gall	*fel.*	Tagl	*cauda equina.*
gagl	*mulier nauci & nihili.*	taal	*deceptio.*
gil	*hiatus montium.*	troll	*gigas.*
gool	*ululatus.*	tungl	*luna.*
Hagl	*grando.*	Viel	*cauda avis.*
hel	*lethum.*	Þil	*sponda.*
Jel	*nimbus.*	Þol	*patientia, tolerantia.*
Kall	*vocatio, clamor.*		

V. in n Mascul.

Singulariter	*Pluraliter*
nom. Sa Hrafn.	n. Þeir Hrafnar.
gen. Þeß hrafns.	g. Þeirra hrafna.
dat. Þeim hrafne.	d. Þeim hrofnum.
acc. Þann hrafn.	ac. Þaa hrafna.
voc. Þu hrafn.	v. Þier hrafnar.
abl. Af Þeim hrafne.	ab. Af Þeim hrofnum.

Sic

Sic declinantur:

Aan	*Defectus.*	sveffn	*somnus.*
Daun	*odor.*	stafn	*prora,* vel *puppis.*
daan	*servus.*	Teirn	*lamina.*
Kompaan	*sodalis.*	turn	*turris.*
Offn	*fornax.*	Vagn	*currus.*
Sveinn	*puer, minister.*	Þorn	*fibula.*
steirn	*lapis.*		

VI. in n *Neutrum.*

Singulariter	*Pluraliter*
nom. Þad Bein.	n. Þaug Bein.
gen. Þeß beins.	g. Þeirra beina.
dat. Þui beine.	d. Þeim beinum.
acc. Þad bein.	ac. Þaug bein.
voc. Þu bein.	v. Þier bein.
abl. Af Þui beine.	ab. Af Þeim beinum.

Sic declinantur:

Aakarn	*Acus* aceris.	laatun	*æs.*
Bann	*damnum, excommunicatio.*	loon	*stagnum.*
		Magn	*vires, robur.*
barn	*infans puer,* vel *puella.*	Nafn	*nomen.*
Fen	*puteus.*	Raan	*spolium.*
Gagn	*utilitas.*	ragn	*maledicentia.*
Horn	*cornu, angulus.*	regn	*pluvia.*
Jaarn	*ferrum.*	Safn	*collectio.*
Kaun	*ulcus.*	skinn	*pellis.*
korn	*fruges.*	skryn	*scrinnium.*
kotun	*gossypium.*	Talkn	*branchiæ cetorum.*
Laan	*mutuum, fortuna.*	Vopn	*arma.*

VII. in r *Mascul.*

Sing.	*Plur.*
nom. Sa Hestur.	n. Þeir Hestar.
gen. Þeß hests.	g. Þeirra hesta.
dat. Þeim heste.	d. Þeim hestum.
acc. Þann hest.	ac. Þaa hesta.
voc. Þu hestur.	v. Þier hestar.
abl. Af Þeim heste.	ab. Af Þeim hestum.

Sic declinantur:

Arngeir	*Lancea.*	Dagur	*dies.*
askur	*vasculum.*	dalur	*vallis.*
arffur	*hæreditas.*	domur	*judicium.*
attungur	*Species mensuræ.*	duergur	*pumilio, nanus.*
Bæklingur	*libellus.*	draugur	*spectrum.*
brandur	*titio,* item *gladius,* Poët.	dreingur	*famulus.*
		draumur	*somnium.*
baukur	*lagena.*	dinckur	*fragor.*

Elldur

Elldur	*ignis.*
Fiskur	*piſcis.*
floor	*cloaca.*
fauskur	*lignum aridum.*
fontur	*baptiſterium.*
fiordungur	*quadrans,* vel *quarta pars.*
faakur	*equus* Poët.
færleikur	*jumentum.*
froodleikur	*eruditio.*
fleigur	*cuneus.*
Gridungur	*taurus.*
gomur	*palatum.*
gripur	*armentum.*
giestur	*hoſpes.*
glerungur	*ſolum glacie rigens.*
glæpur	*ſcelus.*
gickur	*ſcurra.*
gardur	*agger.*
glopur	*ſtultus.*
gammur	*draco.*
gaddur	*clavus ingens.*
Halmur	*paleæ.*
hattur	*pileus.*
hagur	*conditio.*
hvalur	*balæna, cetus.*
hundur	*canis.*
hamur	*exuviæ.*
hrutur	*aries.*
hvolpur	*parvulus canis.*
hnyffur	*culter.*
hialmur	*galea.*
haaleistur	*ſoccus.*
hoffrungur	*delphinus.*
hriggur	*dorſum.*
haugur	*tumulus.*
hooffur	*ungula equina.*
Jalkur	*quod groſſum eſt.*
Kuedlingur	*rithmus.*
kalffur	*vitulus,* vel *vitula.*
kambur	*pecten.*
klettur	*rupes, cautes.*
kaleikur	*calix.*
koppur	*matula.*
kongur	*rex.*
kroppur	*corpus.*
kidlingur	*hædus.*
kolffur	*crotalus.*
kiafftur	*os,* de beſtiis dicitur.
kueikur	*lychnus.*
Latungur	*homo ſuperbiens.*
laupur	*ſcrinnium, quo lanifices lanam ſervant.*
leikur	*ludus.*
liuflingur	*dæmon ſubterraneus mitis.*
Maagur	*affinis.*
munnur	*os, ris.*
madkur	*vermis.*
Nyflungur	*rex* Poët.
nidur	*ſuſurrus.*
Oddur	*mucro.*
Pilltur	*puer.*
pittur	*puteus.*
prestur	*paſtor.*
peningur	*pecunia.*
punctur	*punctum.*
psalmur	*pſalmus.*
Riffur	*lignum tranſverſum, cui telam textores appendunt.*
rostungur	*aper marinns.*
reffur	*vulpes.*
reidingur	*ephippium, dorſuale.*
reikur	*fumus.*
reikaffur	*fornax.*
reikningur	*rationes.*
reitur	*ſpatium ſoli.*
rafftur	*lupus, furioſus.*
Strypur	*nudus homo.*
skutur	*puppis.*
silungur	*trutta.*
sloppur	*album.*
stormur	*tempeſtas.*
Tarffur	*taurus.*
titlingur	*avicula.*
Vargur	*furioſus.*
Ulffur	*lupus.*
Þioffur	*fur.*
Þroskulldur	*limen,* &c.

Quibus tamen ſi qua ineſt varietas, obſervationibus monebitur.

Singu-

Parad. VIII. in r Neutrum.

Singulariter	*Pluraliter*
nom. Þad Haar.	n. Þaug Haar.
gen. Þeß haars.	g. Þeirra haara.
dat. Þui haare.	d. Þeim haarum.
acc. Þad haar.	ac. Þaug haar.
voc. Þu haar.	v. Þaug haar.
abl. Af Þui haare.	ab. Af Þeim haarum.

Sic declinantur:

Aar	*Annus.*	Kier	*vas.*
Ber	*bacca.*	kuer	*libellus.*
bur	*promptuarium.*	Lær	*femur.*
Dyr	*animal brutum.*	ledur	*corium.*
Faar	*periculum, inſania.*	Nolldur	*murmur.*
far	*itio,* item *navis* Poët.	Par	*par.*
flauſtur	*navis* Poët.	Skier	*ſcopulus.*
Gler	*vitrum.*	ſpor	*veſtigium.*
Haar	*crinis.*	ſumar	*æſtus.*
hreidur	*nidus.*	Vor	*ver.*
Ilffur	*ejulatio.*	Þor	*audacia.*

IX. in ſ Maſcul.

Sing.	*Plur.*
nom. Saa Baas.	n. Þeir Baaſar.
gen. Þeß baaß.	g. Þeirra baaſa.
dat. Þeim baas.	d. Þeim baaſum.
acc. Þann baas.	ac. Þaa baaſa.
voc. Þu baas.	v. Þier baaſar.
abl. Af Þeim baas.	ab. Af Þeim baaſum.

Sic declinantur:

Aas	*Lignum oblongum.*	Krans	*corolla.*
Dans	*choreæ.*	koß	*oſculum.*
daus	*clunis.*	kroß	*crux.*
Fans	*impedimenta.*	Laas	*ſera.*
foß	*cataracta.*	Meis	*inſtrumentum ligneum quo fænum portatur.*
Grys	*ſucula.*		
glans	*ſplendor.*	Os	*oſtium fluviorum.*
Haus	*caput.*	Raß	*culus.*
hnaus	*ceſpes.*	Is	*glacies.*
hals	*collum.*	Þuß	*gigas.*

X. in ſ Neutrum.

Sing.	*Plur.*
nom. Þad Glas.	n. Þaug Glos.
gen. Þeß glas.	g. Þeirra glaſa.
dat. Þui glaſe.	d. Þeim gloſum.
acc. Þad glas.	ac. Þaug glos.
voc. Þu glas.	v. Þier glos.
abl. Af Þui glaſe.	ab. Af Þeim gloſum.

Sic declinantur :

Eß	*Veredus* Poët.	Gras	*gramen.*
Fios	*bovile.*	Hus	*domus.*
flangs	*insultatio.*	Lios	*lux.*
flas	*præcipitatio.*	Pills	*vestis muliebris.*
flis	*cachinnatio.*	Skaß	*mulier impudica.*
Glis	*levis.*	Pos	*pustula.*

	Singulariter	*Pluraliter*
Parad.XI. in x Mascul.	nom. Sa Lax.	n. Þeir Laxar.
	gen. Þeß laxs.	g. Þeirra laxa.
	dat. Þeim laxe.	d. Þeim loxum.
	acc. Þann lax.	ac. Þaa laxa.
	voc. Þu lax.	v. Þier laxar.
	abl. Af Þeim laxe.	ab. Af Þeim loxum.

XII. in x Neutrum.	nom. Þad Fax.	n. Þaug Fox.
	gen. Þeß faxs.	g. Þeirra faxa.
	dat. Þui faxe.	d. Þeim foxum.
	acc. Þad fax.	ac. Þaug fox.
	voc. Þu fax.	v. Þier fox.
	abl. Af Þui faxe.	ab. Af Þeim foxum.

Sic declinantur : Fox, *vulpes* : Vax, *cera,* &c.

	Sing.	*Plur.*
XIII. in b Neutrum.	nom. Þad Lamb.	n. Þaug Lomb.
	gen. Þeß lambs.	g. Þeirra lamba.
	dat. Þui lambe.	d. Þeim lombum.
	acc. Þad lamb.	ac. Þaug lomb.
	voc. Þu lamb.	v. Þier lomb.
	abl. Af Þui lambe.	ab. Af Þeim lombum.

Sic declinantur : Drabb, *nugæ* : dramb, *superbia* : Kvabb, *frequens & tædiosa petitio* : Kabb, *nugamentum* : Hamb, *tentigo,* &c.

	Sing.	*Plur.*
XIV. in e Neut.	nom. Þad Sæde.	n. Þaug Sæde.
	gen. Þeß sædis.	g. Þeirra sæda.
	dat. Þui sæde.	d. Þeim sædum.
	acc. Þad sæde.	ac. Þaug sæde.
	voc. Þu sæde.	v. Þier sæde.
	abl. Af Þui sæde.	ab. Af Þeim sædum.

Sic declinantur :

æde	*Mus.*	Dæle	*vallis.*
Bæle	*lectus, recubatio.*	Efne	*materia.*
bræde	*furor.*	eple	*pomum.*
brine	*cos.*	enne	*frons.*

erende

erende	*negotium*, item *versus*.
einge	*pratum*.
Fæde	*pabulum*.
fære	*funis*.
fræde	*informatio*.
Gillde	*convivium*, *pretium*.
Hneppe	*quantum brachiorum amplexu includi potest*.
Innsigle	*sigillum*.
Keyre	*lorum*.
klæde	*vestis*.
knie	*genu*.
kuæde	*cantilena*.
Liene	*lamina*.
Mitte	*medium hominis*.
milltte	*splen*.
merke	*signum*.
Niste	*ornatus muliebris*.
Rikte	*fama*.
ræse	*cuniculus*, seu *incile*.
Sæte	*sedes*.
spie	*ludibrium*.
snære	*restis*.
skiæde	*materia calcei*.
sinne	*affectus*.
Trie	*lignum*.
trine	*rostrum*.
trippe	*equula*.
Vie	*sacramentum*, *justitium*.

Hann Gierdist Vargur i Vie-Om/ Kialnesinga Saga/ *Violavit*, seu *exuit sacramentum*.

vielinde	*gula*.
vige	*munimentum*.
veske	*scrinium*, *pixis*.
virke	*vallum*.
vellde	*potentia*.
Þife	*furtum*.
Þuætte	*lotio*.

XV. in f Neutrum.

Singulariter	*Pluraliter*
nom. Þad Haf.	n. Þaug Hof.
gen. Þess hafs.	g. Þeirra hafa.
dat. Þui hafe.	d. Þeim hofum.
acc. Þad haf.	ac. Þaug hof.
voc. Þu haf.	v. Þier hoff.
abl. Af Þui hafe.	ab. Af Þeim hoffum.

Sic declinantur:

Bref	*Literæ*.
Ef	*dubium*.
Golf	*pavimentum*.
Hvolff	*lacunar*.
Kif	*contentio*.
klof	*corpus*.
klof	*femorum intercapedo*.
Laf	*ora vestis*.
lof	*laus*.
Nef	*nasus*.
Rif	*costa*.
Skref	*passus*.
skrof	*glacies rara & tenuis*.
stef	*versus intercalaris*.
Vif	*fœmina*.
vaf	*involutio*.
Þooff	*condensatio*.
Þrif	*nutritio*.

XVI. in g Neutrum.

Sing.	*Plur.*
nom. Þad Trog.	n. Þaug Trog.
gen. Þess trogs.	g. Þeirra troga.
dat. Þui troge.	d. Þeim trogum.
acc. Þad trog.	ac. Þaug trog.
voc. Þu trog.	v. Þier trog.
abl. Af Þui troge.	ab. Af Þeim trogum.

Sic declinantur:

Biarg	*saxum.*	Lag	*modus, tonus.*
berg	*idem.*	leg	*cubatio.*
Egg	*ovum.*	Slagg	*rixa.*
Faang	*sinus.*	Plagg	*supellex.*
farg	*pressura.*	Sigg	*callus.*
flagg	*vexillum navium.*	Vyg	*cædes.*
Grugg	*fex.*	Þang	*alga.*
Hregg	*imber.*	Þing	*forum, res.*

XVII. in y Neutrum.

Singulariter	Pluraliter
nom. Þad Hey.	n. Þaug Hey.
gen. Þess heys.	g. Þeirra heya.
dat. Þui heye.	d. Þeim heyum.
acc. Þad hey.	ac. Þaug hey.
voc. Þu hey.	v. Þier hey.
abl. Af Þui heye.	ab. Af Þeim heyum.

Sic declinantur: By, *apis*: bly, *plumbum*: Sy, *puteus*: Grey, *canis*: My, *muscæ*: Ny, *novilunium*: Sly, *stuppa*: sky, *nubes*: Þy, *mancipium*: Hræ, *cadaver, &c.*

XVIII. in k Neutrum.

Sing.	*Plur.*
nom. Þad Bak.	n. Þaug Bok.
gen. Þess baks.	g. Þeirra baka.
dat. Þui bake.	d. Þeim bokum.
acc. Þad bak.	ac. Þaug bok.
voc. Þu bak.	v. Þier bok.
abl. Af Þui bake.	ab. Af Þeim bokum.

Sic declinantur:

Bik	*pix.*	mauk	*mixtio.*
Sik	*cursus.*	Ok	*jugum.*
Fiuk	*tempestas nivosa.*	Rak	*ellychnium.*
folk	*populus.*	rik	*pulvis.*
Hak	*uncinnus.*	Sparlak	*aulæum.*
hnauk	*labor.*	suack	*tumultus, susurrus.*
hrak	*res contemta.*	suck	*lucta.*
hvik	*inconstantia.*	slok	*helvatio.*
Juck	*jus.*	Tak	*ictis.*
Kuak	*garritus.*	tack	*clamor opilionum.*
Lok	*operculum.*		Inde ad tacka *clamoribus gregem pellere.*
lyk	*funus.*	Verk	*opus.*
Mak	*maceratio, tranquillitas.*	vik	*sinus.*
Inde Omak *molestia.*		Þak	*tectum.*

Singulariter | *Pluraliter* — XIX. *in* m *Neutrum.*

Singulariter	*Pluraliter*
nom. Þad Kaam.	n. Þaug Kaam.
gen. Þeß kaams.	g. Þeirra kaama.
dat. Þui kaame.	d. Þeim kaamum.
acc. Þad kam.	ac. Þaug kaam.
voc. Þu kaam.	v. Þier kaam.
abl. Af Þui kaame.	ab. Af Þeim kaamum.

Sic declinantur: Fum, *festinatio*: Hrym, *pruina, ærugo*: Prym, *novilunium*: Blaam, *obscænus sermo*: Rym, *calendarium*: rum, *lectus*: Skrum, *jactantia*: skuum, *spuma*: stam, *balbuties, &c.*

XX. *in* o *Neut.*

Sing.	*Plur.*
nom. Þad Hroo.	n. Þaug Hroo.
gen. Þeß hroos.	g. Þeirra hrooa.
dat. Þui hrooe.	d. Þeim hrooum.
acc. Þad hroo.	ac. Þaug hroo.
voc. Þu hroo.	v. Þier hroo.
abl. Af Þui hrooe.	ab. Af Þeim hrooum.

Sic declinantur Þioo, *femur, &c.*

Parad. XXI. *in* p *Neut.*

Sing.	*Plur.*
nom. Þad Skip.	n. Þaug Skip.
gen. Þeß skips.	g. Þeirra skipa.
dat. Þui skipe.	d. Þeim skipum.
acc. Þad skip.	ac. Þaug skip.
voc. Þu skip.	v. Þier skip.
abl. Af Þui skipe.	ab. Af Þeim skipum.

Sic declinantur:

Draap	*Nex.*	Krap	*aqua nive mixta.*
Geip	*jactatio, exaggeratio.*	Reip	*restis.*
grip	*rapina.*	raup	*jactantia.*
Hrip	*dolium.*	Saup	*sorbillum.*
hlaup	*cursus, saltus, coagulum.*	staup	*poculum.*
		sorp	*quisquiliæ.*
hroop	*clamor, probrum.*	Varp	*ora calcei, pullatio.*
Oop	*ejulatio.*	Þrep	*pars parietis prominens.*

XXII. *in* t *Neut.*

Sing.	*Plur.*
nom. Þad Spioot.	n. Þaug Spioot.
gen. Þeß spioots.	g. Þeirra spioota.
dat. Þui spioote.	d. Þeim spiootum.
acc. Þad spioot.	ac. Þaug spioot.
voc. Þu spioot.	v. Þier spioot.
abl. Af Þui spioote.	ab. Af Þeim spiootum.

Sic

Sic declinantur:

Aat	*Esus, comestio.*	laat	*gestus, obitus.*
andlit } auglit }	*vultus, facies.*	Maat	*exitium, exitus.*
aflaat	*indulgentiæ.*	mallt	*polenta.*
Bit	*morsus.*	munngaat	*zythus.*
brot	*delictum, fractio.*	Naut	*bos.*
Drit	*excrementum.*	naust	*statio navium.*
Fat	*vestis, patina.*	nalls	*cursitatio.*
fet	*pes mensura.*	Plaut	*supellex.*
flet	*lectisternium.*	Rit	*scriptio, mictatio.*
flot	*liquamen.*	rot	*ictus, putredo.*
frost	*gelu.*	rollt	*vagatio.*
Gat	*foramen.*	rost	*cerevisia.*
Hafft	*compes.*	Slot	*arx.*
hollt	*salebræ, glabretum.*	spott	*ludibrium.*
haust	*autumnus.*	skafft	*manubrium, scapus.*
hret	*aëris in pejus mutatio.*	skart } skraut }	*ornamentum, mundus.*
Kast	*jactus*, item *vestis muliebris.*	skaut	*peplum, sinus,*
		skot	*jaculatio, angulus.*
kiot	*caro.*	Þrot	*defectus*, item *vocula juris mendicis egenisque aplicari solita, qui proximorum bonis alendi sunt.*
kot	*thorax, prædiolum.*		
Last	*vituperatio.*		
lierept	*linum.*		
lofft	*aër, camera.*	Vit	*ratio, scientia.*

XXIII. *in* u *Neut.*

	Sing.	*Plur.*
XXIII. *in* u *Neut.*	nom. Þad Buu.	n. Þaug Buu.
	gen. Þess buuss.	g. Þeirra buua.
	dat. Þui bue.	d. Þeim buum.
	acc. Þad bu.	ac. Þaug buu.
	voc. Þu buu.	v. Þier buu.
	abl. Af Þui bue.	ab. Af Þeim buum.

Sic declinantur: Hiuu, *famulitium*: Ruu, *Cæsaries*, *&c.*

Observationes in Tertiam Declinationem.

Inflexio nominum Masculinorum Neutrorumque præsertim in ur exeuntium immane quantas habeat difficultates. Quanquam enim Regula illa generalis de terminatione *Secundi Casus* frequentissimâ in s initio tradita non usque adeo incerta est; tanti tamen tamque perplexi variationum labyrinthi heîc occurrunt, ut quid certò statuendum sit, præceptionum multitudine vix decerni queat. Sunt enim alia, quæ rejecta terminatione Nominativi ur Genitivum formant, additâ ad penult. Syllabam literâ s, ut hestur, *equus*, hests in Gen. heste in dat. *&c.* Alia quæ ad Nominativi terminationem adjiciunt s, nulla rejectâ, quæ in recto casu fuit, literâ, verbi causâ

foodur,

foodar, *pabulum*, foodurs; GUD, *Deus*, GUDS; svar, *responsum*, svars; hus, *domus*, huss; gat, *foramen*, gats, *&c.* Sunt denique haud pauca, quæ in formando secundo Casu ur in ar mutant contra hujus Declinationis Analogiam; adeoque in Naturam Nominum Fœmininorum Secundæ Declinationis degenerare videntur. Quæ res eo minus mira cuiquam accidere debet, quo pluribus perspectum est, ne Latinos quidem hanc ἰπςάκλιση ignorare. Quippe qui easdem voces nunc ad formam primæ, nunc secundæ, nunc etiam secundæ & tertiæ Declinationis variare vitio sibi haud vertunt. Porro in Plurali hujus Declinationis Nominativo nihilo faciliores dissimilium formationum ac observationum Mæandri sese offerunt. Quædam enim in ar Analogōs exeunt, ut hestar: quædam in er, ut guder. Nec desunt quæ terminationem Nominat. Pluralis ur è primâ Declinatione mutuentur, ut, fætur à footur, *pes.* Ut ad stupendas illas variationes in præsenti conniveam, quæ penultimæ syllabæ in hoc Casu haud rarò contingunt: Veluti cum ponitur æ pro o, a pro u. Item e & o loco a *&c.* Hasce & hoc genus difficultates, si non in solidum tollere, saltem lectori Linguæ nostræ curioso aperire summa ope nitemur. Quo conatu si non aliud obtinuerimus, certè aliis qualemcunque occasionem elaboratiora in hac materia tentandi edendique præbebimus, qui fracta cortice ad nucleum faciliori negocio penetrare poterunt. Esto igitur de Genitivo Singulari.

Desinentia in b, d, e, f, g, i, k, m, n, o, p, ar, aar, ær, aur, er, eir, yr, or, oor, & monosyllaba in ur cum compositis, sic in f Simplex, t, & u, Genitivum formant adjecta ad Nominativi terminationem literâ s, ut, Lamb Lambs/ haad haads/ flæde flædes/ haf hafs/ hregg hreggs/ ny nyss/ pak paks/ faam faams/ dun duns/ hroo hrooss/ skip skips/ far, *ponto*, fars/ haar haars/ lær lærs/ aur aurs/ einer, *juniperus*, einers/ reir, *arundo*, reirs/ pappyr pappyrs/ hor hors/ koor koorss/ skur skuurs/ hus huss/ fat fats/ buu buuss. Hæc autem Regula ut multa continet membra, ita exceptiones admittit plurimas. Nos, quod poterimus, adferemus veniam præfati, si minus voto omne punctum feramus, qui primi fragilem ingenii ratem huic tam vasto turbulentoque oceano committimus. *Reg.* I.

Excipiuntur:

1. Dissyllaba in e, quæ ut duplicem habent Nominativum in e, & i breve, ut æde & ædi; Ita duplicem etiam admittunt Genitivum in ess & iss/ ædess & ædiss. Posterior tamen Genitivi terminatio in is frequentior est. Verum Monosyllaba unam tantum terminationem Nom. in e agnoscunt, ac proinde in es solummodo Genitivum formant, ut, spie spies/ trie tries/ hlie hlies. Fie habet fiaar.

2. Liaar, *falx*; naar, *cadaveris pallor*; skiaar, *fenestra*; saar, *vas*, in quibus r finale in Genit. Sing. mutatur in s, ut, liaas/ naas/ skiaas/ saas non saars/ ut distinguatur à neutro saar, *vulnus*, quod Regulariter flectitur, saars.

3. Bær, *habitaculum* vel *villa*, quod facit bæjar in Gen. Sing. Estque partim Heteroclytum: Genitivum enim Sing. format more fœmininorum Secundæ Decl. ut jam liquet: partim Anomalum, quia Dativum, Accus. & Ablat.

Ablat. Sing. facit in **æ**, ut dat. **Þeim bæ**, acc. **Þann bæ**, abl. **Af Þeim bæ**. **Blær**, *aura*, facit **blæs**.

4. **Fader**, *pater*, **fødur**: **broder**, *frater*, **brodur**, quorum peculiaris motio inter Heteroclyta tradetur.

5. **Freir**, *Deus Ethnicorum*, **freis** in Gen. non **freirs**.

6. **Byr**, *urbs*, **byß**: **snyr**, *susurrus*, **snyß**: **Tyr**, *Deus Asianorum*, **Tyß**.

7. **Hoor**, *climacter*, **hoos** in Genitivo: **skoor**, *calceus*, **skooß**: **noor**, *instrumentum fabrile, in quo aqua ad indurandum ferrum candens servatur*, **nooß**: **moor**, *loca terræ muscosa*, **mooß**: **Þioor**, *bos castratus*, **Þiooß**: **sioor**, *mare*, **siooß**: **snioor**, *nix*, **sniooß**. Sed postremæ duæ voces multiformes sunt, de quibus videantur Heteroclyta.

Reg. 2. Masculina in **ll** rejiciunt posterius **l** in obliquis Singularis Num. & omnibus Plur. Num. ut Nom. **Þræll**/ *servus*, gen. **Þræls**/ dat. **Þræle**/ acc. **Þræl**/ voc. **Þræll**/ abl. **Þræle**. Nom. Plur. **Þrælar**/ gen. **Þræla**/ dat. **Þrælum**/ acc. **Þræla**/ voc. **Þrælar**/ abl. **Þrælum**. Sic **fyll**/ *elephas*, **fylls**: **kyll**/ *puteus*, **kylls**: **Þaall**/ *viri nomen*, **Þaalls**/ *&c.* Excipe **kall**/ *senex*, **kalls**/ cum compositis ut **stafkall**/ *senex qui baculo nititur*; **kotkall**/ *pauperculus senex, qui rus colit*; **rækall**/ *vetus Calumniator*, usurpatur pro Sathana; **jaarnkall**/ *vectis ferreus*, & **Jall**/ *Baro*, **Jalls** in Genit. quod tamen ut & prius **kall**/ rectius per **rl** scribitur, **karl**/ **Jarl**. Neutra vero in geminum **l** desinentia nusquam **l** rejiciunt, ut, **gull**/ *aurum*, **gulls**; **troll**/ *gigas*, **trolls**; **fiall**/ *mons*, **fialls**/ *&c.*

3. Desinentia in **ir** breve, Genitivum formant in **iar**, ut, **bir**/ *ventus secundus*, **biriar** (hodie etiam **birs**/) **stir**/ *bellum*, **stiriar**; **hir**/ *ignis*, **hiriar**/ *&c.*

4. Omnia *Neutra* disyllaba & Polysyllaba in **ur** Genitivum formant in **urs**, ut, **fidur**/ *pluma*, **fidurs**; **hreidur**/ *nidus*, **hreidurs**; **ledur**/ *corium*, **ledurs**; **vedur**/ *aer*, *ventus*, **vedurs**/ *&c.* Sic **Nordur**/ **Sudur**/ **Austur**/ **Vestur**/ id est, *Septentrio*, *Meridies*, *Oriens*, *Occidens*.

Horum genium imitantur hæc Masculina:

Alldur	*ætas.*	**Hafur**	*caper.*
akur	*ager.*	**heidur**	*honor.*
akkur	*fastus, odium.*	**hlaatur**	*risus.*
ardur	*aratrum.*	**Jokkur**	*rex* Poët.
Balldur	*Prop. nomen Dei cujusdam Ethnicorum.*	**Legur**	*castra.*
		lestur	*lectio, lectura.*
bakstur	*panificium.*	**ludur**	*tuba.*
bisur	*appetitus.*	**Mogur**	*filius.*
Fingur	*digitus.*	**Nadur**	*coluber.*
Galldur	*magia.*	**nikur**	*bellua aquatica.*
gollur	*abdomen.*	**Ogur**	*fretum.*
gißur	*Prop. nom. viri.*	**Ossur**	*Prop. nom. viri.*

otur

otur	*lutra.*	Toffur	*magia.*
Sigur	*victoria.*	Vigur	*ensis.*
saalldur	*cribrum.*		

Quatuor hæc: Groodur, *viriditas*: hroodur, *versificatio, carmen*: roodur, *remigium*: vetur, *biems*, præter id, quod Genitivum more jam recensitorum in urs faciunt, etiam eundem in rar aliquando formant ut groodurs vel groodrar, hroodurs vel hroodrar, roodurs vel roodrar, veturs vel vetrar.

Disyllaba & Polysyllaba *Masculina* in ur Genitivum formant, mutando Nominativi terminationem ur in s, ut, Baatur, *Cymba*, Baats: bæcklingur, *libellus*, bæcklings: dagur, *dies*, dags: eidur, *juramentum*, eids: lydur, *populus*, lyds: lidur, *articulus*, lids, &c. *Reg. 5.*

Excipiuntur:

1. Finita in adur, vrdur, skapur, quibus Genitivum Singularem in ar formare solemne est, more fœmininorum, ut, hagnadur, *commoditas*, hagnadar in genit. lagnadur, *fatum*, lagnadar: rostnadur, *sumptus*, rostnadar: jafnadur, *æqualitas*, jafnadar: safnadur, *cætus* vel *congregatio*, safnadar: fagnadur, *lætitia*, fagnadar: Maanadur, *Mensis*, Maanadar: stadur, *urbs*, stadar. Excipe madur, *homo*, quod anomalùs inflectitur mans in genit. Sic atburdur, *eventus*, atburdar: vidburdur idem, vidburdar: vtburdur, *exposititium quid*, vtburdar: vitnißburdur, *testimonium*, vitnißburdar: vrskurdur, *censura, judicium, sententia lata*, vrskurdar. Sic klookskapur, *calliditas*, straakskapur, *nequitia*, dvinskapur, *inimicitia*, vinskapur, *amicitia*, klookskapar, straakskapar, dvinskapar, vinskapar. His & alia sed pauca veniunt annumeranda, ut, sonur, *filius*, sonar: vinur, *amicus*, vinar, &c.

2. Quæ ø breviss. habent in penult. Hæc enim ø *penultimæ* in a *breve* & ur *finale* in ar mutant, ut, fiørdur, *sinus maris*, fiardar in genit. hiørtur, *cervus*, hiartar: hnøttur, *globus*, hnattar: kiølur, *carina*, kialar: løgur, *humor*, lagar: vøndur, *virga*, vandar. His adde Monosyllaba cum compositis, quæ ø constant, ut, biørn, *ursus*, biarnar: stirbiørn, *bellicosus ursus*, stirbiarnar: Ørn, *aquila*, arnar. Excipe jøfur & tøfur de quibus supra. Fiøtur habet fiatrar, *vinculum*, *compes*.

Quædam utrumque Genitivum admittunt, tam in s quam in ar finitum, cujus generis hæc ferè sunt: *Reg. 6.*

Audur	*opulentia.*	oddur	*mucro.*
Blundur	*somnus.*	Saudur	*ovis.*
bragur	*rithmus.*	skoogur	*sylva.*
Fridur	*pax.*	Tugur	*numerus vicenarius.*
fundur	*inventum.*	Vegur	*via.*
Gaukur	*cuculus.*	vindur	*ventus.*
Haukur	*accipiter.*	vogur	*fretum.*
Kundur	*filius.*	verdur	*prandium.*
krafftur	*virtus.*	vidur	*arbor, lignum.*
Lavardur	*dominus.*	Þreskulldur	*limen.*
Oedur	*Poëma.*		

Notetur autem quod horum genitivus in ar antiquis in usu fuerit; in s autem à modernis additus.

Reg. 7. Quæ vel geminum, g, vel ck habent ante terminationem ur, præterquam quod duplicem admittunt Genitivum in s & ar etiam terminationi ar, i præponunt, ut, beckur, *scamnum*, becks beckiar: drickur, *potus*, dricks drickiar: fleckur, *macula*, flecks fleckiar: gliggur, *flatus*, gliggs gliggiar: hriggur, *dorsum*, hriggs hriggiar: iggur, *metus*, iggs iggiar: leggur, *crus*, leggs leggiar: steckur, *caula*, stecks steckiar: veggur, *paries*, veggs veggiar. His adnumera lækur, *torrens*: reikur, *fumus*: rifur, *liciatorium*: vefur, *tela textoria*.

8. Desinentia vel in duplum vel in geminum s Genitivum similem Nominativo habent, ut lax, *salmo*, lax in Genit. quanquam nos distinctionis gratia s adjecimus in paradigmatis. Fax, *juba* fax in Gen. hlaß, *onus*, hlaß: traaß, *obstinatio*, traaß, &c. Hactenus Genitivus fuit: Sequuntur de Dativo observanda.

De Dativo.

Reg. 1. Dativus Singularis formatur à Nominativo Sing. addendo ad Nominativi terminationem e. Quam Analogiam sequuntur:

1. Omnia Neutra, ut, Lamb Lambe/ haad haade/ haf hafe/ hregg hregge. Excipiuntur quæ in Nominat. in e desinunt ut klæde, *vestis* vel *pannus*, fræde, *doctrina*, *informatio*: Hæc enim Dativum faciunt Similem Nominativo, klæde/ fræde.

2. Masculina (exceptis disyllabis & polysyllabis in ur) ita tamen ut absque finali e in Dativo proferri etiam soleant, ut, Gude vel gud/ fugle vel fugl/ hrafne vel hrafn/ reire vel reir/ geyre vel geyr/ baase vel baas/ aase vel aas/ laxe vel lax.

2. Disyllaba & Polysyllaba in ur Dativum formant mutando Nominativi terminationem ur in e, ut, hestur heste/ prestur preste/ gestur geste:

Excipiuntur:

Quædam finita in dur/ fur/ gur/ kur/ lur/ tur/ & skapur/ e finale Dativi non admittentia, ut, stadur, *urbs*: vadur, *funis*: sidur, *mos*: hugur, *animus*: bugur, *curvatura*: dugur, *audacia*: veggur, *paries*: dukur, *mappa*: straakur, *nebulo*: Munkur, *Monachus*: beckur, *scamnum*: reckur, *homo*: refur, *vulpes*: vefur, *tela*: Þiofur, *fur*: Þefur, *odor*: alur, *terebellum*: selur, *phoca*: melur, *salebræ*: matur, *cibus*: grautur, *puls*: vinskapur, *amicitia*: strakskapur, *&c.* In Dat. stad/ vad/ sid/ hug/ bug/ dug/ vegg/ duk/ vef/ Þef/ Þioof/ &c.

Ab hac exceptione iterum excipiuntur, quæ consonantem habent ante finale dur, ut, lundur, *lucus*: blundur, *somnus*: fundur, *inventum*: brandur, *titio* vel *ensis*: sandur, *arena*: burdur, *nativitas*, *portatio*: skurdur, *sectio*. Hæc enim instar superiorum duplicem admittunt Dativum, Lunde vel lund,

blunde

blunde vel blund, funde vel fund, brande vel brand. &c. His & alia complura veniunt adnumeranda ut lidur, *articulus*: vidur, *frutex* vel *arbor*: Oodur, *Poëma*: fridur, *pax*, &c.

Quæ ø habent sive in penultima sive ultima Nominativi mutant illud in e in Dativo, ut, vondur vende, Orn erne, hnottur hnette, rottur rette, vollur velle. Quod si ante ø fuerit j consonans, saltem abjicitur ø in Dativo, ut, biorn bitne, hiortur hirte, fiordur firde, miodur mide, &c. *Reg.* 3.

Masculina in aar, ær, oor & iir, formant Dativum abjiciendo r Nominativi, ut, skiaar, *transenna*, skiaa: bær, *habitaculum*, bæ: glær, *mare*, glæ: sioor idem, sioo: snioor, *nix*, snioo: joor, *equus*, joo: Tyr, *Mars* vel *Mercurius*, Ty: Freyr, *Liber pater*, frey. 4.

Finita in or, v consonans Dativo inserunt, ut, fior, *vita*, fiorve: hior, *gladius*, hiorve: hor, *linum rude*, horve: Nor, Prop. nom. viri, Norve. 5.

Habentia a longum ante terminationem ttur mutant illud in Dat. Sing. in æ, ut, haattur, *modus*, hætte: maattur, *vires*, mætte: draattur, *tractio*, drætte, &c. Sic Spoonn, *Coclear*, spæne. 6.

Quotquot Genitivum Sing. formant in urs, Dativum vel Nominativo Similem faciunt, ut, alldur/ galldur/ roodur/ hroodur; vel in e, ita tamen ut ante e inserant r, ut, alldre/ galldre/ roodre/ hroodre. Sagur habet seige/ sonur sine. 7.

Finita in geminum l vocales relictum l (vide Reg. 2. Gen.) præcedentes abjiciunt in Dativo & Ablativo singularibus & omnibus Plural. Numeri, ut, speigell, *speculum*, dat. & abl. Sing. speigle non speigele: Nom. Plur. speiglar, g. speigla, d. speiglum, ac. speigla, v. speiglar, ab. speiglum. Sic adall, *nobilitas*, adle: skutull, *missile telum*, skutle, skutlar, skutla, skutlum. Peingell, *Rex* Poëtice. Hæc imitantur desinentia in an, en & un, ut, drottenn, *dominus*, drottne/ drottnar drottna drottnum: himenn, *cælum*, himne, himnar himna himnum: morgun, *mane diei*, morgne, morgnar morgna morgnum: jotun, *gigas*, jotne, jotnar jotna jotnum. Sic gaman, *jocus*, gamne. 8.

De Accusativo.

Omnia Neutra hujus declinationis, ut & Masculina in d, l simplex, n, r monosyllabum, s & x Accusativum similem faciunt Nominativo, nom. Pad naut, acc. Pad naut. n. sa gud, ac. Pann gud. n. saa fugl, ac. Pann fugl. n: saa himen, ac. Pann himen. n. saa geir, ac. Pann geir. nom. saa aas, acc. Pann aas. n. saa lax, ac. Pann lax. *Reg.* 1.

Excipiuntur:

Masculina in aar, ær, oor & iir, quæ Accusativum cum Dativo unum & eundem habent, skiaa/ bæ/ sioo/ snioo/ Ty/ frey. Vide Regulam de formando Dativo casu quartam.

2. Masculina in geminum l finita, rejecto altero l formant Accusativum, ut, Eingell, *Angelus*, Eingel : Þeingill Þeingil, &c. Id quod Reg. 2. Genit. supra monuimus.

3. Disyllaba & Polysyllaba in ur, rejecto finali ur formant Accusativum, ut hestur in nom. hest acc. *Excipe* quæ urs in genit. habent, ut, alldur/ groodur/ roodur/ hroodur/ hæc enim Nominativi terminationem invariatam in Accus. retinent, nom. alldur/ acc. Þann alldur: n. groodur/ ac. itidem groodur. Sic Roodur & hroodur.

Hæc de tribus Singularis Numeri Casibus Obliquis, quibus variatio inesse deprehensa est, observanda notavimus. Cæterorum admodum facilis est formatio. Vocativus enim Nominativo ubique similis est, ut & Ablativus Dativo. Nunc igitur ad Nominativum Pluralem pedem promovemus.

De Nominativo Plurali.

Reg. 1. A Genitivo Singulari in s formatur Nominativus Pluralis in ar, ut, hestur hests hestar/ Þrestur Þrests Þrestar/ armur arms armar/ dagur dags dagar/ litill litils litlar/ himin himins himnar/ &c. Saungur facit saunguar in nom. Plur. à dat. Sing. saungue.

Excipiuntur:

1. Finita in dur/ quæ Nominativum Pluralem in er finiunt, ut, lydur lyds lyder/ sidur sids sider/ lidur lids lider. His adde, Gud guds guder/ hængur/ *piscis genus*, hænger/ gestur gests gester/ liaar liaas liaaer/ & Adjectiva in aar, ut, haar, *altus*, haaer/ smaar, *parvus*, smaaer/ de quibus infra.

2. Omnia in lur, ut, Dalur dals daler/ salur sals saler/ alur als aler/ valur vals valer/ halur hals haler/ hualur huals hualer/ bolur bols boler. Duo inserunt i ante er finale nom. Pl. hilur, *gurges*, hils hilier : bilur, *turbo* vel *tempestas repentina*, bils bilier.

2. A Genitivo Singulari in ar vel iar fit Nominativus Pluralis in er, ut, vidur vidar vider/ fundur fundar funder/ veggur veggiar vegger/ leggur leggiar legger/ bir biriar birer/ bær bæiar bæier. Excipe Grautur, cujus nominativus Plur. cum genit. Sing. planè coincidit grautar. A footur footar est fætur.

3. A genitivo Sing. in urs formatur nominativus Plur. in rar. Idque quia dativus Sing. desinit in re, ad quem etiam in formando nom. Plur. attendendum est: ut ab alldur alldurs in genit. & alldre in dat. fit alldrar in nom. Plur. Sic galldur galldurs/ galldre galldrar: akur akurs/ akre akrar. Excipe vetur & fingur quæ non per vetrar aut fingrar, sed vetur & fingur, hic ut in Singulari efferuntur. A Fader est Fedur, à Brooder Brædur.

Disyl-

Disyllaba in ar & er nominativum Pluralem formant in rar, ut, hamar hamrar/ kamar kamrar/ heller hellrar/ hirder hirdrar. 4.

Vocalis quæ in penultima dativi Singularis fuit, in nom. Pl. invariata retinetur, ut ab hætte hætter/ mætte mætter/ erne erner/ vende vender/ birne birner/ gellre gellter/ hirte hirter/ sine siner/ vine viner/ à fæte fætur. At à deige dagar in usu est. Atque hæc in Masculinis locum habent, nunc quæ de Neutris animadvertenda sunt, breviter indicabimus. 5.

Neutra habent nominativum Pluralem similem Singulari, ut raad, nom. Pl. Þaug raad: hliood/ Þaug hliood. 6.

Excipiuntur:

1. quæ a longum habent ante terminationem ng; quippe quod heic in dyphthongum au mutatur, ut, faang, *acquisitio*, item *sinus brachiorum*, faung in nom. Pl. Þaang, *alga*, Þaung.

2. quæ a breve habent ante quamlibet terminationem. Hæc enim id ipsum in ø breviss. mutant, ut, nafn nøfn/ land lønd/ &c.

De Genitivo Plurali.

Genitivus Pluralis formatur à Nominativo Plurali, mutando nominativi terminationes ar, er & ur in a, ut, hestar hesta/ alldrar alldra/ galldrar galldra/ saunguar saungua/ gester gesta/ viner vina/ bæjer bæja. A vollur fit vallna. *Reg.* 1.

Quoties geminum g vel ck præcedit nom. Plur. terminationem er, ante a finale gen. ponitur i, ut, vegger veggia/ legger leggia/ segger seggia/ becker beckia/ stecker steckia. Horum naturam sequuntur finita in eingur & ængur, ut, streingur streingia/ Þueingur Þueingia/ vængur vængia/ hængur hængia. Quibus adde ber, *bacca*: bed, *lectus*: egg, *ovum*: fen, *puteus*: gil, *fissura montis*: her, *exercitus*: kyn, *genus*: lif, *colustrum*: nef, *nasus*: sel, *mappalia*: skegg, *barba*: stef, *versus intercalaris*: rif, *costa*: sker, *saxum*: Þil, *sponda*. Item belgur & kueikur, *follis*, *elychnium*: hogg facit hoggua. Aliter se habent, quæ nominativum in ar terminant, ut, Reckar recka/ sockar socka/ stockar stocka. 2.

Vocalis penultimæ Syllabæ, quæ in genitivo Singulari fuit, in gen. Plurali resumitur, ut, haattar haatta/ lands landa/ vandar vanda/ footar foota/ &c. Exceptis broodurs brædra, & fedurs fedra. 3.

Quorum nominativus Plur. desinit in ur, ea r anteponunt terminationi genitivi a, ut, vetur vetra/ sedur sedra. Excipe fætur foota. 4.

De Dativo Plur.

Dativus Pluralis formatur à genitivo Plurali, mutando a finale in um, ut, Aalfa aalfum, laatra laatrum, beckia beckium, recka reckum, foota footum, *Reg.* 1.

saungua

saungua saungunum, haatta haattum, brædra brædrum, sona sonum, fedra fedrum.

2. Quæ habent a breve sive in ultima, sive penultima nominativi Singularis, mutant illud in o in dativo Plurali, ut, Askur oskum, dalur dolum, barn bornum, keralld kerolldum. quod si o fuerit in nominativo Singulari, heic non mutatur, quamvis in aliis Casibus mutetur, ut vollur vollum. Excipe ern ernum, biorn birnum.

De Accusativo Plurali.

Reg. 1. Omnia Neutra, ut in Singulari, ita in Plurali Num. Accusativum similem formant nominativo, ut, nom. Þaug raad, acc. Þaug raad. Sic nofn, kierolld, &c.

2. Accusativus Pluralis Masculinorum formatur à nominativo Plurali, rejecto r finali, ut ab hestar est hesta, ab himnar himna, ab alldrar alldra. Sic à daler dale, hvaler hvale, saler sale, veller velle, &c.

3. Quæ in ur faciunt nom. Plur. invariata manent in acc. Plur. ut, fingur, vetur, fætur, fedur, brædur.

Atque ita, Deo Benedicente, Tertiæ Declinationis difficultates, si non omnes, certe quam plurimas expedivimus. Nunc ut ad IV. Nominum declinationem tandem deveniamus, tempus monet.

QUARTA DECLINATIO SIMP.

Est Nominum Masculinorum & Fœmininorum in e, & Neutrorum in a breve; cujus genitivus in Masculinis & Neutris desinit in a, ut, Saa krabbe, Þess krabba: Þad auga, Þess auga. In Fœmininis in e, ut, Su bræde, Þeirrar bræde. Fœminina vero ut & Neutra hujus Declinationis, eandem cum nominativo terminationem obtinent in omnibus casibus Singularis Numeri, qui ideo solis Articulis vel Augmento finali dignoscuntur.

Paradigmata Quartæ Declinationis.

Parad. I. in e Masculin.

Sing.	Plur.
nom. Saa Krabbe.	n. Þeir Krabbar.
gen. Þess krabba.	g. Þeirra krabba.
dat. Þeim krabba.	d. Þeim krobbum.
acc. Þann krabba.	ac. Þaa krabba.
voc. Þu krabbe.	v. Þier krabbar.
abl. Af Þeim krabba.	ab. Af Þeim krobbum.

Sic declinantur:

Afe	*avus.*	asne	*asinus.*
ande	*spiritus.*	Bage	*damnum.*
andskote	*adversarius.*	bagge	*sarcina.*
ape	*simius.*	bane	*cædes.*
almuge	*vulgus.*	backe	*ripa.*

bakare	*pistor.*	kose	*domuncula.*
barke	*guttur.*	kodde	*pulvillus.*
bekre	*aries.*	kuse	*vitulus.*
bialke	*trabs.*	kulde	*frigus.*
bite	*bolus.*	kuarde	*ulna* mensura.
blome	*flosculus.*	Lampe	*lampas.*
boge	*arcus.*	lausnare	*redemptor.*
brite	*partitor.*	læknare	*medicus.*
breiskleike	*imbecillitas.*	linde	*lemniscus.*
brudgume	*sponsus.*	loge	*flamma.*
bruggare	*cerevisiarius.*	lunde	*avis species.*
brune	*æstus, ustio.*	Mage	*venter.*
buste	*muscarium setaceum.*	mose	*muscus.*
bure	*colonus.*	moskue	*plaga.*
Daare	*temerarius.*	Nagle	*clavus.*
daude	*mors.*	nable	*umbilicus.*
doomare	*judex.*	naunge	*proximus.*
Ende	*finis.*	naare	*femorum sinus.*
Faalke	*circus.*	nebbe	*nasus.*
fiande	*hostis.*	nioole	*flos angelicæ.*
fielage	*socius.*	Okle	*talus.*
flooe	*solum uliginosum,* seu *palustre.*	Penne	*calamus.*
		poke	*saccus.*
frame	*promotio.*	prakkare	*mendicus.*
fue	*putredo.*	puke	*spiritus malus.*
Galle	*vitium, navus.*	Racke	*vulpes.*
galge	*patibulum.*	ramballde	*rota campanæ.*
gallte	*porcus.*	raudmage	*pisculi species.*
gante	*scurra.*	raupare	*jactator.*
glugge	*fenestra.*	ræningie	*latro.*
granne	*vicinus.*	regnboge	*iris.*
Hage	*pascuum.*	riddare	*eques.*
hale	*cauda.*	rise	*gigas.*
hegre	*ardea.*	rope	*ructus.*
heile	*cerebrum.*	roskleike	*fortitudo.*
hite	*calor.*	runne	*saltus* Silv.
hirte	*singultus.*	Sioole	*rex.*
hnacke	*occiput.*	smale	*upilio.*
hooste	*tussis.*	soome	*honor.*
hraake	*sputum.*	skade	*damnum.*
Jonkiære	*juvenis.*	skrifare	*scriba.*
Kappe	*athleta.*	skuule	*Prop. Nom. viri.*
kiarleike	*charitas.*	skugge	*umbra.*
klese	*conclave.*	skioorleike	*celeritas.*
klifbere	*clitellum.*	skinduglekе	
klose	*fissura.*	sætleike	*dulcedo.*

spade

ſpade	*liguncula.*	vaſe	*funda.*
ſpooe	*avu ſpecies.*	ude	*imber.*
ſpore	*calcar.*	unge	*pullus.*
ſope	*hauſtus.*	vode	*periculum.*
ſtabbe	*acervus.*	vodve	*coxa.*
ſtedie	*incus.*	uxe	*bos caſtratus.*
ſtiake	*contus.*	Þare	*alga.*
Tappe	*ſtipamen.*	Þooſe	*dorſuale.*
tuinne	*filum lineum.*	Þverſare	*aſcia.*
Varme	*calor.*		

Singulariter

Parad. II. in e Fæminin. nom. Su Bræde. acc. Þaa bræde.
gen. Þeirrar bræde. voc. Þu bræde.
dat. Þeirre bræde. abl. Af Þeirre bræde.

Sic declinantur:

Agirne	*avaritia.*	Idne	*diligentia.*
Beidne	*petitio.*	Kiæte	*hilaritas.*
Elle	*ſenium.*	Leſte	*ſegnities.*
Fiolkinge	*artes magicæ.*	loſtaſeme	*libido.*
Geſtriſne	*hoſpitalitas.*	Millde	*clementia.*
giætne	*attentio.*	miskunſeme	*miſericordia.*
good girne	*benevolentia.*	Reide	*ira.*
hædne	*ludibrium.*	Snille	*elegantia.*
hæſe	*raucitas.*	ſyke	*morbus.*
hille	*favor.*	Tillaat ſeme	*indulgentia.*
hlidne	*obedientia.*	Þrætne	*contentio.*

	Sing.	*Plur.*
Parad. III. in a Neutrum.	nom. Þad Auga.	n. Þaug Augu.
	gen. Þeß auga.	g. Þeirra augna.
	dat. Þui auga.	d. Þeim augum.
	acc. Þad auga.	ac. Þaug augu.
	voc. Þu auga.	v. Þier augu.
	abl. Af Þui auga.	ab. Af Þeim augum.

Sic declinantur: Eyra, *auris*: eiſta, *teſticulus*: Hiarta, *cor*: Lunga, *pulmo*: Nyra, *ren*, &c.

Obſervationes in Quartam Declinationem.

Obſ. I. Nominativus Pluralis Maſculinorum quartæ Declinationis ſemper terminatur in ar, ut è præmiſſo Paradigmate liquet: Exceptis frænde, *cognatus*, frændur frænda frændum frændur, & fiande, *hoſtis*, fianda fiendum fiendur, &c.

II. A penult. nominat. Singul. heic ut in III. Declinatione mutatur in ø in dativo & ablativo Plur, ut, Krabbar krøbbum, aſnar øſnum. In Neutris etiam

etiam in nominativo & accuſativo, ut hiarta hiortu, in nom. & acc. Plur. & hiortum in dat. & abl. Unum Neutrum Monoſyllabum in a longum Tertiæ Declinationis eſt, ſtraa ſtraas in genit. Reliqua omnia Analogica ſunt.

Fœminina hujus Declinationis carent Plurali Numero: exceptis tribus øxe, mere & myre, quæ (forte quia antiquitus aliter terminabantur) in utroque numero juxta tertiam Declinationem variantur hunc in modum: III.

	Singulariter		
nom. Øxe.	Mere	Myre	
gen. axar.	merar	myrar	
dat. øxe.	mere	myre	
acc. øxe.	mere	myre	
voc. øxe.	mere	myre	
abl. øxe.	mere.	myre.	
	Pluraliter		
nom. Axer	Merar	Myrar	
gen. axa	mera	myra	
dat. øxum	merum	myrum	
acc. axer	merar	myrar	
voc. axer	merar	myrar	
abl. Af øxum.	merum.	myrum.	

Atque ita Declinationes Simplices abſolvimus, ſequuntur Compoſitæ.

CAP. III.

De Declinationibus Compoſitis, ſeu *Nominum Compoſitorum.*

Diximus ſupra unumquodque Nomen bifariam efferri & variari; vel abſque Articulo in fine affixo, quod in quatuor Superioribus Declinationibus jam demonſtratum dedimus; vel cum affixo in fine Articulo, quod nunc oſtenſum ibimus. Sunt igitur Compoſitorum Nominum totidem, quot ſimplicium, id eſt, QUATUOR Declinationes, quarum Genitivi Plurales communiter exeunt in nna, Dativi & Abl. Plur. in num. Vocativi autem in utroque numero omnem in fine reſpuunt Compoſitionem. *Cap.* 3.

PRIMA DECLINATIO COMP.

Eſt Nominum Fœmininorum in a exeuntium, exceptis Monoſyllabis in a

U longum

longum finitis, quæ ad sextum Singularem adjiciunt nn, ad genit. nnar, ad dat. & ablat. nne, ad acc. na. Ad nom. & acc. Plur. nar, ut Kuinnann/ kuinnunnar/ &c.

Paradigma Primæ Declinationis.

Singulariter	*Pluraliter*
nom. Kuinnann.	n. Kuinnurnar.
gen. kuinnunnar.	g. kuennanna.
dat. kuinnunne.	d. kuinnunum.
acc. kuinnuna.	ac. kuinnunar.
voc. kuinna.	v. kuinnur.
abl. Af kuinnunne.	ab. Af kuinnunum.

Sic declinantur: Askann oskunnar/ bidann bidunnar/ bissann bissunnar/ dingiann dingiunnar/ &c.

SECUNDA DECLINATIO COMP.

Est Nominum Fœmininorum in b, d, f, g, k, l, m, n, o, p, r, s, t, u, y, & Monosyllaborum in a finitorum; quæ ad nominat. Singularis terminationem addunt enn, ad genit. ennar, ad dat. & ablat. enne, ad accusat. ena. Nominativum vero & accusativum Plurales, cum prima Declinatione habet communes in nar, ut Vombenn vambarennar/ &c.

Paradigma Secundæ Declinationis.

Sing.	*Plur.*
nom. Vombenn.	n. Vambernar.
gen. vambarennar.	g. vambanna.
dat. vombenne.	d. vombunum.
acc. vombena.	ac. vambernar.
voc. vomb.	v. vamber.
abl. Af vombenne.	ab. Af vombunum.

Sic declinantur: Naadenn naadarennar/ tofenn tafarennar/ borgenn borgarennar/ skaakenn skaakarennar/ saalenn saalarennar/ skommenn skammarennar/ baunenn baunarennar/ kloenn klooarennar/ greipenn greiparennar/ vorenn vorarennar/ droosenn droosarennar/ ambaattenn ambaattarennar/ trunenn truuarennar/ meyenn meyarennar/ aaenn aarennar/ &c.

TERTIA DECLINATIO COMP.

Est Nominum Masculinorum & Neutrorum in d, l, n, r, s, y, & Neutrorum saltem in b, e, f, g, i, k, m, o, p, t, u finitorum, quæ ad nominativum Singularem Masculinorum adjiciunt in fine enn, Neutrorum ed, ad genit. utrorumque ens, ad dativ. & abl. Masc. num, Neut. nu, ad acc. Masc. enn, Neut. ed. Ad nom. Plur. Masc. ner, Neut. enn, acc. Masc. na, Neutrum enn ut in nom. ut, Gudenn gudsens/ bladed bladsens.

Para-

Paradigmata Tertiæ Declinationis.

I. Masculinum.

Sing.	*Plur.*
nom. Gudenn.	n. Gudener.
gen. gudsens.	g. gudanna.
dat. gudenum.	d. gudunom.
acc. gudenn.	ac. gudena.
voc. gud.	v. guder.
abl. Af gudenum.	ab. Af gudunom.

Sic declinantur : Fuglenn fuglsens/ hrafnenn hrafnsens/ hestuenn hestsens/ basenn baassenß/ laxenn laxsens/ &c.

II. Neutrum.

Sing.	*Plur.*
nom. Bladed.	n. Blødenn.
gen. bladsens.	g. bladanna.
dat. bladenu.	d. blødunum.
acc. bladed.	ac. blødenn.
voc. blad.	v. bløð.
abl. Af bladenn.	ab. Af blødunum.

Sic declinantur : Hiooled hioolsens/ beined beinsens/ haared haarsens/ glased glassens/ faxid faxsens/ lambed lambsins/ sædid sædißins/ hafid hafsens/ troged trogsens/ heyed heysens/ baked baksens/ kaamed kaamsens/ hrooed hroosens/ skipid skipsens/ spiooted spiootsens/ buued buusens/ &c.

QUARTA DECLINATIO COMP.

Est Nominum Masculinorum & Fœmininorum in **e**, & Neutrorum in **a** breve. Quæ ad terminationem nominativi Sing. Masculini affigunt **nn**, Neutri **d**, ad genit. utriusque **ns**, ad dat. & abl. Masc. **num**, Neut. **nu**, ad acc. Masc. **nn**, Neut. **d**. Nominativus & accus. Plurales Masculinorum eadem cum Masculinis tertiæ Declinationis recipiunt in fine augmenta, **ner** & **na**. Neutra vero heic **n** affigunt fini. At fœminina hujus Declinationis idem recipiunt Augmentum cum Nominibus primæ Declinationis. Subjiciemus Singulorum Paradigma.

Paradigmata Quartæ Declinationis.

I. Masculin.

Sing.	*Plur.*
nom. Krabbenn.	n. Krabbarner.
gen. krabbans.	g. krabbanna.
dat. krabbanum.	d. krøbbunum.
acc. krabbann.	ac. krabbana.
voc. krabbe.	v. krabbar.
abl. Af krabbanum.	ab. Af krøbbunum.

Sic declinantur : Afenn afans/ andenn andans/ barkenn barkans/ daudenn daudans/ &c.

	Singulariter	
II. Fœminin.	nom. Brædenn.	acc. brædena.
	gen. brædennar.	voc. bræde.
	dat. brædenne.	abl. Af brædenne.

In Plurali non uſurpatur.

III. Neutrum.	*Sing.*	*Plur.*
	nom. Augad.	n. Augun.
	gen. augans.	g. augnanna.
	dat. auganu.	d. augſinum.
	acc. augad.	ac. augun.
	voc. auga.	v. augu.
	abl. Af auganu.	ab. Af augunum.

Sic declinantur: Eirad eyrans/ hiartad hiartans/ nyrad nyrans/ lungad lungans/ &c.

Atque hæc eſt variatio Affixarum in omnibus Nominum Declinationibus: quibus, cum de re aliqua in communi ſermo eſt, uti *Iſlandi* ſolent, ut ſupra dictum. Alias eodem plane modo, ac in ſuperioribus Declinationibus monitum eſt, voces declinantur: Id quod è jam datis paradigmatibus nequit non patere. quomodo autem augmenta illa finalia in ſingulis Declinationibus ſe habeant, ſubjecta exhibebit Tabella.

SCHEMA

Literarum affixarum, ſeu Augmentorum finalium in quatuor Nominum Declinationibus Declinatio.

Affigit ad terminationem

	I.	II.	III. Maſc.	III. Neut.	IV. Maſc.	IV. Neut.
Singulariter						
nom.	nn	enn	enn	ed	nn	d
gen.	nnar	ennar	ens	ens	ns	ns
dat. & abl.	nne	enne	num	nu	num	nu
acc.	na	ena	enn	ed	nn	d
Pluraliter						
nom.	nar		ner	enn	ner	n
gen.			nna	nna		
dat. & abl.			nu ante m finale communiter.			
acc.	nar		na	enn	na	n.

Fœminina hujus Declinationis idem recipiunt Augmentum cum Nominibus I. D.

CAP.

CAP. IV.

Cap. 4.

De motione Nominum Adjectivorum.

ADjectivorum terminationes sunt quatuor, l, n, r, s: ut, haall, *lubricus*: seinn, *tardus*: blydur, *blandus*: vys, *sapiens*.

In l finita trium sunt terminationum. In Masculino terminantur in geminum l, ut hvikull, *instabilis*, *fallax*, in fœminino in l simplex, ut hvikul, in Neutro in lt, ut hvikult. Duo Adjectiva in l, litell & mikell, *parvus* & *magnus*, formant Neutrum in d, lited, miked.

Finita in n itidem trium sunt terminationum. Nam in Masculino terminantur in geminum n, ut galenn, fynn, in Fœminino in n simplex, ut galen, fyn, in Neutro vel in d, ut disyllaba, galed, valed, broted, vel in t, ut Monosyllaba fynt, seynt, *&c.* Eynn, *unus*, ein in Fœminino, facit eitt in Neutro. Sic neyrn, *aliquis*, nein, neitt. At eingenn, (olim einge communiter) eingen, eckert. Excipe in gn communia, quæ dant Neutrum per nt, ut megn, *validus* & *valida*, megnt. Agiarn, *avarus*, agiern, agiarnt.

In r finita in duplici sunt differentia. Alia namque sunt disyllaba & polysyllaba in ur, eaque plurima, ut, blydur, *blandus*: goodur, *bonus*: feitur, *pinguis*: alia monosyllaba tam in ur, quam ar, er, ir, or, ur, truur, *fidus*: klaar, *clarus*: ber, *nudus*: skyr, *perspicuus*: stoor, *magnus*.

Disyllaba & Polysyllaba in ur, ut goodur, in Fœminino abjiciunt ur, ut good, in Neutro ad terminationem Fœminini adjiciunt t, ut godt. Sic blydur blyd blydt/ frydur fryd frydt/ feitur feit feitt/ *&c.*

Excipiuntur:

1. Habentia a breve ante terminationem gur, quæ in Masculino & Fœminino eandem obtinent terminationem, a penult. in ø mutato, sed in Neutro ad finem addunt t, ut, fagur fegur fagurt, *amœnus, na, num*: magur, *macer*, megur magurt: Horum naturam imitantur duo in pur, dapur, *extreme affectus*, døpur dapurt, apur, *atris*, øpur apurt. Item digur, *crassus* & *crassa*, digurt. Hagur, *artifex*, regulare est, høg hagt.

2. In ttur terminata Fœmininum habent simile Neutro, ut, rettur, *rectus*, rett rett: stuttur, *brevis*, stutt stutt: skiottur, *discolor*, skioott skioott: smelltur, *colliquatus*, smelltt smelltt, *&c.*

3. Polysyllaba in adur, abjecta terminatione Masculini ur, formant Fœmininum & Neutrum; sed inter Fœmininum & Neutrum hoc interest, quod in Fœminino tam penultimum quam antepenultimum a mutetur in ø vel u, in Neutro non mutetur, ut, blessadur, *benedictus*, blessød vel blessud blessad: alldradurølldrud alldrad: vopnadur vopnud vopnad. Ejusdem indolis est annar, *secundus*, ønnur annad.

Mono-

Monosyllaba in ar, or & ur, formant Fœmininum abjecto finali r. Neutrum vero additis ad Fœminini terminationem tt, ut, smaar, *parvus*, smaa smaatt: haar, *altus*, haa haatt: blaar, *flavus*, blaa blaatt: mioor, *tenuis*, mioo mioott: slioor, *hebes*, slioo sliott: trur, *fidus*, truu truutt. Excipe klaar & stoor communia, hann & hun klaar, Þad klaart: hann & hun stoor, Þad stoort.

Reliquá monosyllaba in r duarum sunt terminationum: ut, hann & hun skiær, Þad skiært: hann & hun dyr, Þad dyrt: hann & hun kyrr, Þad kyrt: hann & hun ber, Þad bert: hann & hun var, Þad vart. Excipe nyr, *novus*, ny nytt, & hlyr hly hlytt.

Notanda de Adjectivis.

I. Ubicunque a breve in masculinis fuerit, in fœmininis mutatur in o, ut halltur, *claudus*, hollt halltt/ bakadur bokod bakad/ gamall gomul gamalltt/ sniall sniøll snialltt.

Excipiuntur:

1. Si in penultima masculini non fuerit a, quod est in antepenultima non mutatur, ut digdarykur, *virtutibus instructus*, digdaryk digdarykt/ skiallegur, *disertus*, skialleg skiallegt.

2. Terminata in samur a antepenultimum non mutant, ut digdasamur, *virtutibus cumulatus*, digdasom digdasamt/ hefndarsamur, *ultionis avidus*, hefndarsom hefndarsamt.

3. Finita in enn a penult. non mutant, ut, galenn, *insanus*: valenn, *electus*: nakenn, *nudus*: vafenn, *implicatus*.

II. A longum præcedens terminationem ngur, mutatur in dyphthongum au in fœminino, ut, laangur, *longus*, laung langt/ straangur, *durus*, *asper*, straung straangt.

III. Omnia Adjectiva in omni genere bifariam terminantur, vel ut jam recensuimus; vel in e & a; in e masculina, in a fœminina & neutra. De his terminationibus formandis sequentes observandæ regulæ.

1. A Disyllabis & Polysyllabis in ur fit masculinum in e, mutata terminatione ur in e, ut à blydur fit blyde: fœmininum vero & neutrum, eâdem mutata in a, ut su & Þad blyda.

2. Quædam, exempto u. ad finem addunt e & a, ut, saa magre/ su & Þad magra à magur/ fagre fagra à fagur/ snotre snotra à snotur *velox*, dapre dapra à dapur/ digre digra à digur.

3. In ggur & ckur finita r finale in e & a mutant, & u præcedens in vau, ut, sa Þickue/ su & Þad Þickva à Þickur/ dockve & dockva à dockur. Glogguе & gloggua à gloggur.

4. Monosyllaba in aar, oor & ur fœmininis adjiciunt e & a terminales; ut ab hun smaa fit saa smaae/ suu vel Þad smaaa: ab hun haa fit saa haae/ suu vel Þad haaa: ab hun mioo fit saa miooe/ su vel Þad miooa: ab hun truu fit saa truue/ hun vel Þad trua. Sic à ny/ sa nye/ su vel Þad nya.

5. Reliqua

5. Reliqua Adjectiva in r, terminationi r, addunt e & a, ut à skiær/ saa skiære/ su & Pad skiara: à ber/ sa bere/ su & Pad bera: allur & annar uniformia sunt, neque hanc variationem suscipiunt.

6. Monosyllaba in ll & nn posterius l & n in e & a mutant, ut à sæll fit saa sæle/ su & Pad sæla: ab haall/ sa haale/ su & Pad haala.

7. Disyllaba vero & Polysyll. in ll & nn, præter hanc posterioris l & n mutationem in e vel a, etiam vocalem l & n finalia præcedentem abjiciunt, ut, gamle & gamla à gamall/ mikle & mikla à mikell/ litle & litla à litell.

Excipe desinentia in aall, æll & ull, ut, forsiall/ odæll/ svikull/ ab his enim fiunt: Forsiaale forsiaala/ odæle odæla/ suikule svikula. Antiqui tamen Pogle dixerunt, quod à Pegull, *taciturnus*. Eingenn uniforme est: neque enim eingne aut eingene dicimus.

8. Quæ consonantem aliam quam n ante n finale habent, sive monosyllaba sive disyllaba aut polysyllaba fuerint, saltem ad finem adjiciunt e & a, ut, ern, *annosus*, sa erne & su & Pad erna: agiarn, *avarus*, saa agiarne/ su & Pad agiarna.

9. E dyphthongo ei præcedente terminationem genn rejicitur i, in formando fœminino primæ, & masculino & neutro quartæ declinationis, ut à feigenn fit fegne fegna, *lætus*: à Pueigenn, *lotus*, Puegne Puegna, *&c.*

10. Adjectiva in s fini saltem adjiciunt e & a, ut, vyse & vysa à vys/ fuse & fusa à fus/ lioose & lioosa à lioos/ *&c.*

Hæc Adjectivorum in omni genere duplex terminatio, duplicem cujusvis generis producit Declinationem. Nam masculina in l, n, r, s finita Declinationem masculinorum Substantivorum ita finitorum, id est, tertiam Simplicium imitantur: In e vero quartam. Sic fœminina à variis masculinorum terminationibus varie formata, secundam Declin. Simplicium sequuntur; at omnia in a finita primam. Eadem neutrorum ratio est. Quotquot enim in t desinunt, juxta tertiæ Declinationis regulas flectuntur, cum talis neutrorum terminatio eò spectet. Cum vero in a formata fuerint, ea ad quartam pertinere terminatio indicat. Omnia vero Adjectiva, cum juxta quartam Declinationem inflectuntur, in Plur. in u desinunt, ibidemque invariata in omnibus generibus manent, ut è sequentibus Paradigmatis patebit. IV.

Adjectiva in secunda & tertia Declinatione absque Articulo variantur, ut goodur gods/ good goodrar/ godt godts/ in prima vero & quarta cum Articulo, ut saa goode Pess gooda/ sun goda Peirrar goodu/ Pad gooda Pess goda. Ita ut prior motio sit Adjectivis instar Compositæ Declinationis; posterior Simplicis. Exemplis Singula declarabimus. V.

Adjectivo-

Adjectiva Monosyllaba in ll.

Paradigma I.

Singulariter

nom.	Sæll	sæl	sælt
gen.	sæls	sællrar	sæls
dat. & abl.	sælum	sællre	sælu
acc.	sælann	sæla	sælt.

Pluraliter

nom.	Sæler	sælar	sæl
gen.		{sællra}	
dat. & abl.		{sælum}	
acc.	sæla	sælar	sæl.

Vel sic

Singulariter

nom.	Saa Sæle	Su Sæla	Þad Sæla
gen.	Þess sæla	Þeirrar sælu	Þess sæla
dat.	Þeim sæla	Þeirre sælu	Þui sæla
acc.	Þann sæla	Þaa sælu	Þad sæla
voc.	Þu sæle	Þaa sælu	Þad sæla
abl.	Af Þeim sæla	Þeirre sælu	Þui sæla.

Pluraliter

nom.	Þeir Sælu	Þær Sælu	Þaug sælu
gen.		{Þeirra sælu}	
dat. & abl.		{Þeim sælu}	
acc.	Þaa sælu	Þær sælu	Þaug sælu.
voc.		Þier sælu	

Sic declinantur: Haall haal haalt/ veill veil veilt/ heill heil heilt/ *&c.* Saa haale/ su haala/ Þad haala: veile veila: heile heila.

Disyllaba in ll.

Parad. II.

Singulariter

nom.	Gamall	Gomul	Gamallt
gen.	gamalls	gamallrar	gamalls
dat. & abl.	gomlum	gamallre	gomlu
acc.	gamlann	gamla	gamallt.

Pluraliter

nom.	Gamler	Gamlar	Gomul
gen.		{gamallra}	
dat. & abl.		{gomlum}	
acc.	gamla.	gamlar	gomul

Sic declinantur: Mikell, *magnus*: litill, *parvus*, &c.

Vel

Vel sic

Singulariter

nom. voc. Sa & Þu Gamle	Su Gamla	Þad	
gen. Þeß gamla	Þeirrar	Þeß	
dat. & abl. Þeim gamla	Þeirre } gomlu	Þui	} gamla.
acc. Þann gamla	Þaa	Þad	

Pluraliter

nom. gen. dat. acc. *&c.* Þeir Þær Þaug Gomlu/ *&c.*

Sic declinantur & reliqua in ll, ut, Vinsæll, *amicitia pollens*, saa vinsæle/ su & Þad vinsæla: rosull, *sternax*, rosule rosula: sannsogull, *verax*, sannsogule sannsogula: huikull, *inconstans*, *fallax*, huikule huikula: vydforull, *qui passim peregrinatur*: forsiaall, *prudens*: spurull, *avidus quærendi*: vndeforull, *faldus animi*.

Monosyllaba in nn. *Parad. III.*

Singulariter

nom. Vænn	væn	væne
gen. væns	vænnrar	væns
dat. & abl. vænum	vænnre	vænu
acc. vænann	væna	væne.

Pluraliter

nom. Væner	vænar	væn
gen.	vænnra	
dat. & abl.	vænum	
acc. væna	vænar	væn.

Vel sic

Singulariter

nom. voc. Sa & Þu Væne	Su væna	Þad	
gen. Þeß	Þeirrar	Þeß	
dat. & abl. Þeim } væna	Þeirre } vænu	Þui	} væna.
acc. Þann	Þaa	Þad	

Pluraliter

nom. gen. dat. acc. *&c.* Þeir Þær Þaug Vænu.

Sic declinantur: Beinn, *rectus*: grænn, *viridis*: hreinn, *purus*: kiann, *calidus*: seinn, *tardus*: fiin, *bonus*: sic Einn/ eine eina.

Disyllaba in nn. *Parad. IV.*

Singulariter

nom. Druckenn	Drucken	Drucked
gen. druckens	drucknrar	druckens
dat. & abl. drucknum	drucknre	drucknu
acc. druckenn	druckna	drucked.

Pluraliter

nom.	Druckner	Drucknar	Drucken
gen.		drucknra	
dat. & abl.		drucknum	
acc.	druckna	drucknar	drucken.

Vel ſic

Singulariter

nom. voc.	Sa & Þu	Druckne	Su	Druckna	Þad	druckna.
gen.	Þeß	druckna	Þeirrar	drucknu	Þeß	druckna.
dat. & abl.	Þeim	druckna	Þeirre	drucknu	Þui	druckna.
acc.	Þann	druckna	Þaa	drucknu	Þad	druckna.

Pluraliter

nom. gen. dat. acc. *&c.* Þeir Þær Þaug Drucknu, &c.

Sic declinantur: Barenn, *cæſus*: bogenn, *curvus*: valenn, *lectus*: galenn, *veſanus*: fredenn, *gelu peruſtus*: fuinn, *putrefactus*: luenn, *feſſus*, &c. Item Agiarn agiorn agiarnt/ & ſa agiarne ſu agiarna Þad agiarna. Sic frammgiarn/ deilugiarn/ &c.

Notandum etiam quod finita in eigenn/ i penultimum ſubtrahunt, cum in quarta Declinatione formantur, ut feigenn fegne/ sleigenn slegne.

Parad. V. *Monoſyllaba in aar.*

Singulariter

nom.	Haar	Haa	Haatt
gen.	haas	haarrar	haas
dat. & abl.	haaum	haarre	haau
acc.	haaann	haaa	haatt.

Pluraliter

nom.	Haaer	Haaar	Haa
gen.		haarra	
dat. & abl.		haaum	
acc.	haaa	haaar	haa.

Vel ſic

Singulariter

nom. voc.	Sa & Þu	Haae	Su	Haaa	Þad	haaa
gen.	Þeß	haaa	Þeirrar	haau	Þeß	haaa
dat. & abl.	Þeim	haaa	Þeirre	haau	Þui	haaa
acc.	Þann	haaa	Þaa	haau	Þad	haaa

Pluraliter

nom. gen. acc. *&c.* Þeir Þær Þaug Haau, &c.

